sit in qualibet parte reseruatur sensus: opꝫ ibi esse letitiã ⁊ tristitiaꝫ. Letitia quãdo cõiungitur cõuenienti: tristitia quãdo discõuenienti; ⁊ sic est fantasia: ⁊ qꝛ quelibet talis pars rettrahit se si pungat̃; ideo in qualibet tali est ſꝫ locum motiuũ: large sumẽdo ſm locũ motiuũ: ideo hec nõ inuicẽ separantur. Aliqua vero separant̃ ab alijs: sed nõ ecõuerso: vt vegetatiuũ separatur a sensitiua: sed sensitiuũ nõ separat̃ ab illo: ⁊ hoc tã in eodeꝫ animato q̃ȝ in diuersis: vt ostensum est de plãta: ⁊ oĩs que viuunt: augentur ⁊ nutriunt̃: ⁊ nõ sentiunt: nihil tñ sentit: qđ nõ vegetet. Sed alie sunt potẽtie organice: que oĩno separant̃ magnitudine ⁊ subiecto: vt potẽtia visiua ⁊ auditiua: gustatiua: ⁊ olfatiua. nam in quacũqꝫ parte corporis reperitur vna istaꝝ: ibi nõ reperitur alia. Cuꝫ ergo dicit pħs potẽtias aĩe nõ distingui subiecto ⁊ magnitudine: nõ intendit vlr̃ loqui de oĩbus potẽtijs: sed solũ ꝙ non est necessariũ oẽs potẽtias aĩe distingui magnitudine ⁊ subiecto: sic ꝙ quelibꝫ potẽtia determinaret sibi certũ organuꝫ: ⁊ ꝓpriã partẽ corporis nõ potẽteꝫ alteri potẽtie cõpetere: vt videbat̃ esse de itentione antiquoꝝ: ⁊ maxĩe platonis ponẽtis virtutẽ itellectiuã in cerebro: concupiscibilem in corde: ⁊ nutritiuã in epate. vt testatur cõmẽtator cõmẽto. 7. huiꝰ libri. ¶ Secũdo notãduꝫ ꝙ potentiaꝝ aĩe quedã habẽt ordinẽ iuicẽ: ⁊ quedã sunt disperate: ille potẽtie hñt ordinẽ iuicem: quaꝝ vna alterã ꝑsupponit: ⁊ iste sunt q̃tuor in ordine potẽtiaꝝ vniuersaliuꝫ: vegetatiua: sensitiua: ⁊ ſm locũ motiua: ⁊ itellectiua. nã itellectiua ꝑsupponit motiuã: ⁊ motiua sensitiuã: et sensitiua vegetatiuã: nõ autẽ ecõtra. Ubicũqꝫ auteꝫ reperitur potẽtia itellectiua: que est pars aĩe: ibi reperit̃ ſꝫ locum motiua. ⁊ nõ ecõuerso: ⁊ vbi sensitiua ibi vegetatiua: ⁊ nõ ecõuerso. Cõsimilis ordo in potẽtijs particularibus reperitur. nã potẽtia visiua auditiua olfatiua ⁊ gustatiua habẽt ordinẽ ad potẽtiã tactiuã: qꝛ vbicũqꝫ reperitur vna illoꝝ: ibi reperit̃ tactiua: ⁊ nõ ecõuerso: ille ãt potẽtie nõ habẽt ordinẽ iuiceꝫ: sed sunt disperate: quarũ nulla altã presupponit: ⁊ tales sunt ille q̃tuor nomiate. s. visiua auditiua olfatiua ⁊ gustatiua. nõ gdeꝫ opꝫ ꝙ vbicũqꝫ reperitur vna istaꝝ: ibi reperiat̃ alia: vt expertum est. ¶ Ex ꝓdictis seqtur ꝙ magis ꝯueniunt potẽtie adiuiceꝫ ordinẽ habẽtes: ⁊ minus differũt q̃ȝ potentie disperate. Ideo nõ miruꝫ si potẽtie inuiceꝫ ordinem habẽtes sunt repertibiles in eodẽ organo: ⁊ nõ potẽtie disperate: in eodẽ igitur organo vł in eadẽ magnitudine pñt reperiri vegetatiuũ: sensitiuũ: ſm locũ motiuũ: ⁊ itellectiuũ. Etiã in eodẽ subiecto vel organo reperiunt̃ tactus ⁊ gustus: ⁊ in eodẽ tactus ⁊ olfatus. Sed nõ in eodẽ organo reperiunt̃ visus ⁊ auditꝰ: aut gustus ⁊ olfatꝰ. ¶ Ad ꝓmã rõneꝫ est respõsuꝫ per ꝓmũ notabile: ꝯcedẽdo ꝙ alique potẽtie distiguunt̃ magnitudine ⁊ subiecto: ⁊ alique nõ: vt exẽplificatũ est in lr̃a. de nutritiua ⁊ augmẽtatiua in plãta: ⁊ de sensitiua ac scđm locuꝫ motiua in aĩali annuloso. ¶ Ad 2ᵐ dr̃ ꝙ magis differũt potẽtia visiua ⁊ auditiua q̃ȝ vegetatiua ⁊ sensitiua: ⁊ nego ꝙ vbicũqꝫ reperit̃ visus: ibi reperiatur auditus: qꝛ in organo visus reperit̃ potẽtia visiua: ⁊ nõ auditiua. Si autẽ itelligit̃ ꝙ in quocũqꝫ aĩali reperit̃ vna illoꝝ potẽtiaꝝ: in eodẽ reperitur alia: hoc nõ est verũ. vt declarabit̃ secũdo ⁊ 3ᵒ huius. Et ad cõfirmationem dr̃ ꝙ nõ est similitudo: qꝛ ars agit in mãꝫ extraneã: potẽtia autẽ operat̃ in mãm itraneã: nec est verũ ꝙ due artes nõ vtantur eodẽ istrõ: qꝛ ars numerandi ⁊ ars scribẽdi sunt due artes: ⁊ vtunt̃ pẽna. Etiaꝫ ars dolotiua: ⁊ ars domificatiua eodẽ instrumẽto vtuntur. s. securi. ¶ Textus cõmẽti. 95.

¶ Uidetur autem ⁊ id principium quod est in plantis anima quedaꝫ esse. Hac enim soluꝫ cõmunicant ⁊ animalia ⁊ plante. ⁊ ipsa quidem separatur a sensibili principio. Sensus autem nihil sine hac habet.

¶ Quarta cõclusio potẽtie aĩe ꝓores ⁊ vlteriores: a posterioribus sunt separabiles: ⁊ nõ ecõtra: ista cõclusio pꝫ ex dictis. naꝫ in aĩa reperiunt̃ quatuor potẽtie. s. vegetatiua: sensitiua: ſꝫ locũ motiua: ⁊ itellectiua: ⁊ ꝓma est vniuersalior scđa. Nã vbicũqꝫ repetitur scđa: reperit̃ ꝓma. ⁊ nõ ecõuerso. nã licꝫ vegetatiuũ reperiat̃ in planta ⁊ in aĩali: reperit̃ tñ in plãta sine sensitiuo: in aĩali aũt nõ reperitur sensitiuũ sine vegetatiuo. Silr̃ in aliquo aĩali reperit̃ sensitiuũ sine motiuo ſm locuꝫ: vbicũqꝫ tamẽ reperitur motiuũ ſm locũ. s. motu ꝓgressiuo: ibi reperitur sensitiuũ: ideꝫ dicat̃ de itellectiuo vt est pars anime informantis: ꝙ vbicũqꝫ illud reperitur: cetere potẽtie ꝓores reperiuntur ⁊ nõ econuerso. Le. li. (Uidetur autẽ ⁊ que est in plãtis aĩa ꝓncipiũ quidẽ esse). s. vegetatiuuꝫ. (hac enim sola). s. potẽtia vegetãdi (cõicant ⁊ aĩalia ⁊ plãte: ⁊ ipsa gdem) vegetatiua (separatur a sensibili ꝓncipio). i. a potẽtia sensitiua: (sensuꝫ aũt nullũ sine hac) s. vegetatiua (habet) aliqđ qđcũqꝫ sit illud. ¶ Notandum ꝙ ex hac cõclusione soluta est secunda questio: qm̃ viuere ꝓꝓrie est roꝝ que ex se habẽt motuꝫ ⁊ operationem sine hoc ꝙ moueantur ab alijs: ita ꝙ viuere attribuitur potẽtie vegetatiue: sicut sentire potẽtie sensitiue nõ tñ ꝙ animal per solã potentiã vegetatiuã viuat: sed quia est principium ꝓmum in quo manifestatur vita: ex qua sequitur ꝙ vita soli potentie vegetatiue primo attribuitur: alijs autem posterius ⁊ cõsequenter. ¶ Contra istaꝫ cõclusionẽ arguitur: ⁊ ꝓmo ꝙ sensitiuũ sit separabile a vegetatiuo: qꝛ qđlibꝫ aĩal sentit: nõ tñ qđlꝫ aĩal vegetat̃. Senes. n. q sunt in ꝯtinuo decremẽto: nõ vegetant̃: qꝛ nõ augent̃: ⁊ tñ sentiũt: qꝛ vidẽt: ⁊ audiũt. ¶ Secũdo arguit̃ ꝙ itellectiuũ est separabile a sensitiuo ⁊ vegetatiuo: qꝛ potẽtia itellectiua subẽ abstracte reperit̃ sine sensitiuo ⁊ vegetatiuo: cuꝫ in celo nõ possit esse sensatio nec nutritio. Intelligẽduꝫ aliq̃ duo esse inuicem inseparabilia: quaꝝ actus ⁊ operationes sunt inuiceꝫ separabiles. nã rõnale in hoĩe ⁊ risibilitas eius: iuicem ꝯuertunt̃: ⁊ sunt insepabilia: ⁊ tñ risus q est opatio risibilitatis est sepabilis a ratiocinatiõe: ⁊ ecõuerso. Cõsilr̃ põt dici de potẽtijs: ꝙ alique sunt potẽtie iuiceꝫ ꝯuertibiles ⁊ iuiceꝫ isepabiles: quaꝝ actꝰ sunt sepabiles: vt itellectꝰ ⁊ volũtas: nõ. n. põt repiri itellectꝰ sine volũtate: nec cꝫ: tñ bñ põt repiri itellectio absqꝫ volitiõe: ⁊ ecõuerso. Sensus ẽt ⁊ appetitus eiꝰ sunt potẽtie iuicem isepabiles: ⁊ tñ actus illoꝝ pñt iuicem separi: qꝛ sensatio põt repiri sine actuali iclinatiõe: ⁊ cꝫ. Ex isto notabili seqtur ꝙ non est icõueniẽs sensitiuũ eẽ isepabile a vegetatiuo: ⁊ tñ actuꝫ sensitiui q est sensatio esse sepabilẽ ab actu vegetatiui q est vegetatia: ⁊ hoc soluꝫ ꝓma ratia ꝓbat. ¶ Dicẽdum tamẽ ꝙ vegetatia nõ soluꝫ dicit augmẽtationem: sed ẽt nutritioneꝫ. naꝫ post augmẽtationẽ aĩalis remanet nutritia ṽtute caloris naturalis resoluẽtia alimẽtuꝫ in naturã alii. Ideo dr̃ ꝙ sicut sensitiuũ non est separabile a vegetatiuo: ita sensatio nõ est separabilis a nutritione. Et cuꝫ arguitur omne aĩal sentit: ⁊ nõ omne aĩal augetur. ergo sensatia separat̃ a vegetatione: negat̃ ꝯña: ſꝫ soluꝫ seqt̃ ꝙ sensatio sepat̃ ab augmẽtatiõe. ¶ Ad scđam rõnẽ dr̃. ꝙ itellectiuũ est in duplici gñe. nã qđdã est itellectiuũ gñis aĩalis seu corpis aiati: ⁊ aliđ est itellectiuũ gñis abstracti: nõ hñtis esse cũ corpe ihesiue vel iformatiue: ⁊ tale itellectiuũ nõ ꝓꝓrie dr̃ ps aĩe: nec de illo logt̃

philosophus in littera: q2 nõ est physice cõsiderationis: intellectiuum autem repertum in genere animalis necessario presupponit alios tres precedentes gradus animatorum: vt patuit: ꝛ magis manifestabitur secundo h9. Et hec de pº libro de aia. ℂ Textus cõmẽti. p̃. z. z.

Secundus de aia

QUe quidez a priorib9 tradita sunt de anima dicta sunt. Iterũ autem tanq̃ ex principio redeamus tentãtes determinare quid est anima ꝛ que vtiq3 erit cõissima rõ ipsi9.

T.c.z. ℂ Dicimus itaq3 vnum quoddã genus eorũ que sunt substãtiam ipsam. Huius autẽ aliud quidem est sicut materiaz que fm se quidem nõ est hoc aliquid. Aliud autem sicut formaz ꝛ speciez fm quã iam dicitur hoc aliquid. Et tertiam que est ex his.

ℂ Iste est liber secũdus de aĩa. in quo reprobatis iam in p̃mo opinionib9 antiquorũ: inuestigat̃ q̃ditas aĩe cuz suis potẽtijs ꝛ operationib9. Et diuidit̃ in q̃tuor tractat9. In primo Aristo. venatur diffinitionem anime. In scdo manifestat opera ꝛ obiecta potẽtie vegetatiue. ibi. (Necessarium autem est.) In tertio perscrutatur opera ꝛ obiecta sensuum exteriorum. ibi. (Determinatis autẽ his.) In quarto vero ostendit opera ꝛ naturam sensuum interiorum ꝛ exteriorũ. ibi. (Opz autẽ vl'r de oĩ sensu.) Primus tractat9 diuidit̃ in q̃tuor capl'a. In p̃mo phs venat̃ diffõnez cõissimã aĩe. In scdo diffõnem ꝓpriã. ibi. (Quoniã aũt ex icertis.) In 3º diffõnes p̃ticulares potẽtiarũ anĩe. ibi. (Potẽtiarũ aũt aĩe.) In q̃rto reprobat platonẽ assignãtez diffõnez aĩe in cõi: siue in p̃ticulari. ibi. (Manifestũ igit̃ est.) Primũ capl'z diuidit̃ in duas p̃tes principales. In p̃ma Ar. venat̃ diffõnẽ cõissimã anĩe p rõnes cões. In scda per rõnes ꝓprias. ibi. (Vl'r q̃dem.) Quãtuz ad pº Arist. facit duo: q2 p̃mo p̃mittit vnã suppõnẽ Secũdo exeq̃t̃ de intento ibi. (Est aũt mã.) Suppõ est ista. q substa dr̃ vere de mã: forma: ꝛ cõposito: ita q mã pº que non est hoc aliquid est suba: ꝛ forma que est hoc aliquid est substantia: ꝛ cõpositum ex his est suba. Istã suppositionez Ar. hic nõ ꝓbat: sed presupponit ex dictis in physicis. vnde scdo physicorũ. ꝓbat oẽz nãz esse subaz: ꝛ tã mãz q̃ formã esse nãz. In p̃mo ẽt dr̃ q suba non fit ex nõ substãtijs: ꝛ q cõpositũ fit ex mã ꝛ forma. g̃ taz mã q̃ forma est suba. De cõposito aũt adhuc nullus dubitauit illud esse subam: cũ illud recipiat successiue cõtraria scdz sui mutationẽ: modo ꝓpriũ est sube scdz sui mutationẽ recipere cõtraria. tractatu p̃dicamẽtorũ. capl'o de suba. Lege lit. (Que q̃dẽ a p̃orib9) phis (tradita de aĩa dicta sunt.) pz in pº libro. (Iterũ aũt tanq̃ ex p̃ncipio redeam9 tentãtes determinare q̃d est anĩa: ꝛ que vtiq3 erit cõissima rõ).i. diffõ (ipsius) notãter dicit ex p̃ncipio redeam9: q2 nõdũ per ea que dicta sunt: habita est notitia anime ꝛ suarum passionum. (Dicim9 vtiq3 vnuz q̃ddã gen9 eorũ que sunt subaz: hui9 aũt aliud q̃dez sicut mãz: que fm se q̃dem nõ est hoc aliq̃d. Aliud aũt sicut formã ꝛ spẽm: fz quã dr̃ iã) ipm cõpositũ (hoc aliq̃d: ꝛ tertiã que ex his est).s. cõpositũ ex mã ꝛ forma: dr̃ eniz forma subalis: forma ꝛ act9: ꝓ q̃nto informat ꝛ actuat mãz: dr̃ aũt spẽs pro q̃nto reponit ipsuz cõpositũ in determiata spẽ: dans sibi nomẽ specificũ: ꝛ diffinitionẽ essentialẽ. ℂ Notãdũ p̃mo fm Cõmentatorez cõmẽto p̃mo huius secũdi. q p̃mo deb em9 diffinitionẽ iuenire que magis est vniuersalis oĩb9 partibus eius: cognitio eniz sempꝰ vniuersalis deb3 precedere cognitionẽ ꝓpriaz. Unde sicut magis vniuersale pri9 cognoscitur q̃ minus vniuersale: ita pri9 format̃ diffinitio magis vniuersalis q̃ min9 vniuersalis: itellectus eni prius intelligẽdo animal q̃ hominẽ prius format diffinitionẽ aĩalis q̃ hominis: ꝛ ita in ꝓposito cũ prius itelligatur anĩa in genere q̃ in spẽ: oz prius assignare diffinitionez cõmunissimã anĩe q̃ aliquã spẽalem cõpetẽtez alicui spẽi eius. ℂ Secũdo notãdũ fm Cõmẽtatorem. cõmẽto scdo. q oĩa de quib9 dicit̃ substãtia: sunt tribus modis: quorũ vnus est vt sit mã p̃ma: que per se non est formata: nec aliquid per se in actu: vt dictuz est in p̃ncipio physicorũ. Secũda aũt forma: per quã iduiduũ hoc fit. Tertiũ est qd fit ex istis ambob9: quoniaz aũt forma est substãtia manifestũ est. q2 est pars substãtie: que cum aufertur: auferẽ substãtia: ꝛ sil'r p̃ma mã est substantia: que est vna p̃tiũ. que cũ auferẽ: auferẽ suba. s. iduiduũ: ita q fm cõmentatorez mã p̃ma nõ est hoc aliquid in actu. q2 de se nõ habet formã. Etiaz forma: ꝛ si est in actu non tñ ꝓprie est hoc aliquid: cum necessario sit in mã. Compositum aũt est in actu per formam: ꝛ hoc aliquid per se existens. ℂ Itez mã ꝛ forma sunt substãtie ꝛ partes ẽẽntiales cõpositi substãtialis: q2 ex cuiuslibet illarũ subtractione seq̃tur desinitio cõpositi indiuidualis. ℂ Tertio notãdum fm Albertũ q materia non est hoc aliquid: quia nõ dat nomen neq3 diffinitionem: cuz sit vna ꝛ eadem in omnib9 generabilibus ꝛ corruptibilibus. primo physicorũ. sed forma bene dicitur hoc aliquid: quia dat nomẽ ꝛ diffinitionez rei: planta enim dicitur ab anima vegetatiua: ꝛ animal a sensitiua: ꝛ homo ab itellectiua: fm Auicennaz primo sexti naturaliũ. ℂ Intelligendũ pro cõcordia dictorũ q hoc aliquid quadrupliciter sumitur. Primo pro omni ente de quo vere dicitur q est hoc: ꝛ est aliquid: ꝛ sic omne ens mundi est hoc aliquid. Secũdo pro eo quod est causa iduiduationis: ꝛ sic materia est hoc aliquid: si ab ea sumitur ratio iduiduationis. Si autez a quãtitate vel ab aliquo accidente illud dicitur hoc aliq̃d. Tertio pro eo quod dat nomẽ ꝛ diffinitionem specificaz: ꝛ sic sumitur hic ab Alberto. Quarto pro eo qd est per se existẽs: ꝛ sic neq3 materia neq3 forma est hoc aliquid scdz Auerroym: sed solum compositum. iuxta illud in predicamẽtis: substantia prima significat hoc aliquid. et substantia secunda significat quale quid. ℂ Quarto notandum fm Egidium q substantia que est genus generalissimuz nõ predicatur de materia nec de forma primo: quia nullum genus generalissimuz predicatur de suis principijs: vt patet de quãtitate: que non predicatur de vnitate vel puncto: sed materia ꝛ forma sunt principia predicamenti substãtie: ergo generalissimum illius nõ predicatur de forma nec de materia. Secundo contra rationem generis est non predicari essentialiter. scdz Aristotelẽ in Topicis: ꝛ genus est quoddam totum: vt testatur Porphyrius: ergo non predicatur nisi de toto: si ergo substantia que est generalissimũ predicatur de materia ꝛ forma: cuz etiam predicetur de toto composito: sequitur vnuz totum esse plura tota: qd est inconueniens. Dicitur enim. 6º Topicorũ. q si genus predicaretur de differentia: vnũ animal esset multa animalia. Tertio genus dicit quid compositũ ex actu ꝛ potentia. teste Cõmentatore secũdo metaphysice. et idem colligitur a philosopho quinto metaphysice: ex quo ens descendit in decez predicamenta per actum ꝛ potentiã: sed materia prima est pura potentia. p̃mo physicorũ. et forma est actus: vt videbitur infra. ergo nullum genus predicatur de materia ꝛ forma. Quarto analogia: secundum magis ꝛ minus perfectum: aut secundum prius et

T.c.67.

T.c.14

T.c.64

posterius: non tollit rationem generis: sed fm causaz & cãtum. Cũ g̃ suba que dr̃ de mã forma & cõposito pdicet de illis fm cãm & causatũ. g̃ suba pdicabilis de mã & forma & cõposito nõ est genus: añs pz: q: aĩal pfectius inuenit in hoĩe q̃z in equo: & tamẽ est genus ad hoĩem & ad equũ. Silr numerus pus inuenit in binario q̃z in trinario: & tñ est genus ad illa. Ens aũt nõ est genus ad subaz & ad accñs: q: nõ solũ dr̃ de illis fm pus & posterius: aut fm magis & minus perfectũ: sed et̃ fm cãm & causatum: qñ suba est cã ppter quaz ens dr̃ de accñte: dicẽte pho. 7° metaphy. q accidens nõ est ens: nisi q: entis. Or hec materia fuit tractata in plogo: ideo nõ est instandũ contra Egidiũ: sz solũ rñdẽdũ ad dicta sua. Concedi. n. dz q suba que est genus gñalissimuz nõ dr̃ de mã: dr̃ tamẽ de forma & cõposito ppter campõnẽ actus & potẽtie repertam in quolibet illoz: ea aũt suba que dr̃ de illis tribus nõ est genus gñalissimũ pdicamenti sube: sed est qõdaz genus analogũ extra omne pdicamentũ. Ideo Arist. nõ vocat illud genus simplr: sed genus qõdaz. ❡ Ideo ad pmaz rõnem dr̃: q forma nõ est pn^m pdicamẽti sube: sed deus & pma materia. ❡ Ad z^m ↄcedo: q forma est qõdã totũ: cũ sit cõposita ex actu & potẽtia: ideo genus pdicat de illa: nec est ĩconueniẽs q vnũ totum sit plura tota in pdicatiõe cãli: equiuocãdo de tota: qñ totũ ĩtegrale est plura tota subiectiue sumpta: sed bene esset incõueniẽs q totũ ĩtegrale eẽt multa tota ĩtegralia. Et ad phs. 6. topi. dr̃ q sicut spẽs hz duplices partes fm Cõmentatorẽ in plogo physi. s. fm fidez: que sunt mã & forma: & fm imaginatiõez: que sunt genus & dr̃ia. Ita spẽs hz duplicẽ differentiã. s. cõtrahentẽ mãm: & cõtrahentẽ genus: de prima non dr̃ genus: q: nulla forma est aĩal. sz de secunda bene dr̃ genus: q: rõnale est aĩal. ❡ Ad 3^m dr̃: q lz forma sit actus materie: adhuc ipsa est in actu ppter cõpositionẽ actus & potẽtie. ideo ipa est in pdicamento. ❡ Ad 4^m dico: q suba pdicabilis de materia forma & cõposito: dr̃ de illis fm cãm & cãtum: ideo talis non est genus. Suba aũt pdicabilis de forma & cõposito: dr̃ de illis secundũ pus & posterius: qõ nõ tollit rõnẽ generis. ❡ Circa predicta arguit: & pmo q materia nõ est suba: q: tũc eẽt actus: ↄñs est falsũz: & ↄñia tz per phm. 5. metaphy. diuidentẽ ens in actũ: & potentiã: & actũ in. 10. pdicamenta: modo omne diuisum vliter dr̃ de quolibet suoz diuidentiũ. Itez si materia est suba. ergo vel est pma: vel secunda: pz ↄñia: q: Arist. diuisit subam in subam pmã & secundã: tractatu pdicamẽtoz. caplo de suba: ↄñs est falsum: q: suba pma est hoc aliqd: & suba scda quale qd fm Aristo. ibidẽ: mã mã pma nõ est hoc aliqd: nec q̃le qd. secundũ eundez metaphy. 7. dr̃. q mã nec est qd: nec q̃lis: nec q̃ta &c. ❡ Scdo argr̃ q forma nõ est suba: sz est accidẽs: q: accñs est qõ adest & abest pter subiecti corruptionez: fm Porphy. in vlibus: sz forma adest & abest preter subiecti corruptiõez: q: mã que est subm̃ forme subalis est ingnãbilis & incorruptibilis. p°. physi. &c. ❡ Et ↄfirmat. ppriũ est sube in subto nõ esse: sed quelibet forma est in subto. ergo nulla forma est suba. pz ↄñia cũ minori. pmo physi. maior aũt est Aristo. in pdicamẽtis. caplo de suba: & idẽ videt tenere Auicẽna pma sexti nãliuz: pbans aĩam esse subaz: per h q: est forma q̃ nõ est in subiecto. ❡ Ad pmũ dr̃: q Aristo. nõ solũ diuisit actũ in. 10. pdicamẽta: immo etiã potẽtiã: ponẽdo in quolibet predicamẽto actũ & potẽtiã: vt testat Cõmentator ibidez: & in plogo huĩ. Deinde cũ dr̃ materia est suba. g̃ pma vel scda: negat ↄñtia. Et ad phm dr̃ q diuisit subam pdicamentalẽ in pmã & secundã: que non pdicat de materia: subaz aũt analogaz que dr̃ de materia: nõ diuisit in sub-

stantiã pmam & secundã. ❡ Ad z^m dr̃ q sicut duplex est ens. s. in actu & in potẽtia. 3. physi. & 5. metaphysi. ita duplex est subm̃: vt asserit Cõmẽtator infra. cõmẽto. 4. videlicet subm̃ in actu: & subm̃ in potentia. Subm̃ in actu est cõpositũ subale: nõ potẽtiale ad vlteriorẽ formaz. Subm̃ aũt in potẽtia est illud qõ est potentiale ad vlteriorẽ formã subalẽ: de quo subiecto non loquunt doctores noiati: sed de subiecto in actu: illi. n. adest & abest forma accñtalis sine corruptiõe eius in quo nõ põt esse aliq̃ substãtia subiectiue. ❡ Textus cõmẽ. z.

❡ **Est aũt materia quidẽ potẽtia. Species aũt endelechia. Et hoc dupliciter: hoc quidez sicut scientia: illud aũt sicut considerare.**

❡ Ista suppõne pmissa. Aristo. ponit q̃ttuor cõclusiones pambulas faciẽtes ad ppositũ suũ. Prima cõclusio. materia est potẽtia: & forma est actus. Scda cõclusio. corpora physica & nãlia maxime videnť sube. ibi. (Substantie aũt.) Tertia ↄclõ. nõ oĩa corpora physica & nãlia eq̃liter sunt sube. ibi (Physicoz aũt.) Quarta ↄ. aĩa nõ est nec põt eẽ corp°. ibi. (Qm̃ aũt est corpus.) Prima g̃ cõclusio est ista: mã est potẽtia: & forma est actus. probať: quãdocũq3 ex duobus ĩeque perfectis resultat vnũ tertiũ: qõ est perfectius se hz vt actus: & qõ est imꝑfecti° se hz vt potẽtia: sed ex mã & forma resultat cõpositũ: quoz forma est perfectior: & mã minus perfecta. g̃ mã se hz vt potẽtia: & forma vt actus: pz ↄñtia cũ minori: ex suppositione: maior declarabiť infra. a Cõmẽtatore. vñ ex duobus existẽtib° in actu vel in potentia nõ fit vnũ: sed opz esse vnũ in actu: & maioris pfectõis: & alterũ in potẽtia: & minoris perfectiõis. ❡ Intelligendũ tamẽ ingt phs: q sicut scĩa est duplr actus aĩe. s. actualiter: quãdo anima actualiter ↄsiderat: & habitualiter qñ nihil ↄsiderat: habens tñ habitũ scĩe: ita forma est duplr actus materie. s. actualiter: & habitualiter: tũc enim forma est actualiter actus mãe qñ ipsa actualr opať. Tunc vo habitualr est actus: qñ nihil operať: est tamẽ apta nata operari. Lege litterã. (Est aũt materia quidẽ potentia spẽs aũt). s. forma (est endelechia). s. actus: (& hoc duplr: hoc quidez) . i. vno mõ (sicut sciẽtia: illud aũt). i. alio mõ. (sicut considerare.) ❡ Notandũz fm Cõmentatorẽ. cõmen. z. q pma forma dr̃ pma perfectio: secunda aũt dr̃ postrema: ita q forma substantialis est pma perfectio mãe: & operatio illius forme est secũda perfectio materie. Sciẽtia est pma perfectio aĩe: & actualis cõsideratio est secũda perfectio eiusdẽ. ❡ Sed dubitať querẽdo an Cõmẽtator loquať de aĩa in cõi: vel de aĩa intellectiua: si de aĩa in cõi: certũ est q sciẽtia nõ est pma perfectio eius: cũ psupponat opatiõnẽ sensus: dicẽte pho. pmo poste. q omnis doctrina & omnis disciplina fit ex preexistẽti cognitiõe: & tertio huius. necesse est quidẽ intelligentẽ fantasmata speculari: & in lib. de sensu. nihil est in ĩtellcũ qn fuerit prius in sensu. Si aũt loquiť Cõmentator de anima intellectiua solum: iterũ scientia nõ est pmus actus: nec pma perfectio illius: q: scientia est habitus. 6. ethicorum: & omnis habitus generatur ex frequentatis actibus. secũdo ethicoz. ergo &c. ❡ Dicendũ q Cõmentator solum loquiť de anima intellectiua. Et ad rõnez dicitur: q habituũ intellectus quidam est simplex: & quidaz complexus: habitus simplex est ille qui ducit in notitiam incomplexe significabilis: & sic quelibet species intelligibilis diciť actus secundũ Cõmentatorez. tertio huius: habitus complexus est ille qui ducit in notitiam complexe significabiliũ: aut qui inclinat ad opus: & sic dicimus phiam esse habitum: seu aliquã virtutem mo-

ralem. Habitus ergo ſimplex nō generaꝫ ex actibus: ſꝫ habitus complexus: τ hoc eſt de intellectu Ariſto. ſecundo ethicoꝝ. Cōſimiliter dr̄ de ſciētia: ꝙ dupliciter ſumitur. vno modo ꝑ habitu complexo ducēte in notitiā cōcluſionis: τ ſic nō eſt ꝑma perfectio intellectus. alio modo large ꝑ habitu ſpeculatiuo: τ q2 omnis ſpēs intelligibilis eſt habitus ſpeculatiuus ſm Cōmentatorē .3. hu9: iō quelibet talis ſpēs eſt ſcīa: cū ergo dr̄ ſciam eſſe ꝑmaꝫ ꝑfectionē intellectus: ītelligiꝫ de ſcīa que eſt ſpēs ītelligibilis: τ nō de ſcīa q̄ eſt habitus ɔ̄nis. ¶ Tex.cō.3.

¶ Subſtātie aūt maxime videnꝫ eē corpora τ hoꝝ phyſica. Hec.n. alioꝝ principia.

¶ Secūda cōcluſio eſt: corpora phyſica τ nālia maxime videnꝫ ſubſtātie. ꝑbaꝫ. corpora phyſica τ naturalia magis videnꝫ ſubſtantie q̄ ſube que nō ſunt corpora: τ magis videnꝫ ſube q̄ corpora artificialia. ergo talia corpora maxime videnꝫ ſubſtātie. ꝑma pars antecedētis. pꝫ: q2 illud magis videꝫ ſubſtātia qd magis manifeſtaꝫ ſenſui: ſed corpora phyſica manifeſtantur ſenſui: τ nō materia vel forᵃ: nec intelliᶜ ſepate: que nō ſunt corpora. g̊ τc. ſecunda pars antecedētis declaraꝫ ſic: oēs forme artificiales ſunt accidētia ſm Cōmentato. hic: τ .2. phyſicoꝝ: ito ꝙ tota ſubſtātia artificialiū eſt materia. ergo corpora phyſica ſunt magis ſubſtātie q̄ artificialia. ꝑbaꝫ ɔſequētia: q2 artificialia ſunt ſube rōne ſolū materie: phyſica vō ſunt talia rōne forme τ materie. Itē accidēs ꝑſupponit ſubam: ſic ꝙ ſubſtātia hꝫ rōnem ꝑncipy reſpectu accidētis: ſed ars ꝑſupponit naturā: τ naturalia ſunt ꝑncipia artificialium: vt lapides τ ligna ſunt principia domus: τ ferruꝫ eſt materiale ꝑncipiū cultelli τ ſerre. ergo talia opꝫ eē magis ſubſtātia q̄ artificialia corpora. Lege litterā. (Subſtātie aūt maxime videnꝫ eſſe corpora τ hoꝝ) ꝑcipue (phyſica: hec.n. alioꝝ) .ſ. artificialiū ſunt (ꝑncipia.) ¶ Notandū ſm Cōmentatorē. cōmēto .3. ꝙ corpora compoſita habēt hoc nomē ſubſtātia magis ꝑprie ſm ꝙ eſt magis famoſum: τ maxime corpora naturalia: ita ꝙ ſi corpora naturalia vel compoſita dicuntur magis ſubſtātie: hoc eſt ſm maiorē famoſitatē: rōne apparentie τ maioris manifeſtatiōis quo ad nos: non aūt ſm veritatē: ꝑpter ſubſtātias ſeparatas: tamē inter corpora compoſita naturalia τ phyſica ſunt magis ſubſtantie q̄ artificialia: nō ſolum ſm famoſitateꝫ: ſed etiā ſm veritatē. Notanter ergo dicit phs: ꝙ corpora videnꝫ eē maxime ſubſtātie: q2 lꝫ videanꝫ: nō tamē ſunt maxime ſubſtātie. Unde intelliᶜ ſeparate: q2 ſunt perfectiores τ nobiliores: ſunt magis ſubſtātie q̄ corpora. Ex ꝑdictis ſequiꝫ ꝙ corpora naturalia nō ſunt artificialia: q2 nullū ꝑncipiū eſt ſuū ꝑncipiatū: ſed corpora naturalia ſunt ꝑncipia artificialiū. ergo τc. Corpus.n. naturale componiꝫ ex materia ꝑma τ forma ſubſtātiali: ſed corpus artificiale componiꝫ ex corpore naturali τ forma artificiali: ita ꝙ lignum nō dicit niſi compoſitionem ex materia prima τ forma naturali ligni: ſed ſtatua dicit compoſitiōeꝫ ex ligno τ forma artificiali īducta per artē. ¶ Dubitaꝫ: naꝫ certū eſt ꝙ ſubſtātia nō fit ex nō ſubſtātys: τ ꝙ corp9 nāle eſt ſuba: τ forma artificialis accidens: ergo corpus artificiale nō eſt ſuba: pꝫ ɔñā: q2 corpus artificiale componiꝫ ex corpore nāli τ forma artificiali. ¶ Scđo. ſubꝫ albedinis eſt illud qd eſt vere albuꝫ: τ ſubm caliditatis eſt illud qd eſt vere calidū: τ nō aggregatū ex ſubto τ albedine vel caliditate. ergo pariformiter ſubm forme artificialis eſt illud qd eſt vere ſtatua vel ſcānū: τ nō cōpoſitum ex ſubto τ forma artificiali. pꝫ ɔñtia: q2 ſicut albedo vel caliditas eſt accñs: ita forma artificialis. ¶ Et ɔfirmaꝫ. nā dicēdo. albuꝫ currit: nō ſupponit ſubm bni' ꝑpōnis ꝑ cōpoſito ex ſubto τ albedine: ſꝫ ſoluꝫ ꝑ ſubto albedinis. g̊ pariformiter ſi dr̄ ſtatua moueꝫ: nō ſupponit ly ſtatua. ꝑ aliquo compoſito ex ſubo τ forma artificiali: ſed ſolū ꝑ ligno. ergo lignū eſt ſtatua: τ per ɔñs res nālis eſt res artificialis. ¶ Ad ꝑmuꝫ diciꝫ: ꝙ ſubſtātia nō fit ex nō ſubſtantys: tanq̄ ex partibus: tamē bene fit ex nō ſubſtātys: tanq̄ ex ſubto τ accñte: modo forma artificialis nō eſt pars ſube ſm Cōmentatorē infra. ſed ſolum accidēs in ſubto. ¶ Ad 2ᵐ negaꝫ ɔñtia: q2 forma artificialis eſt mediū inter formā ſubaleꝫ τ formā accidētaleꝫ nālem: q2 ſicut forma ſubalis nō denominat ſubm ſuū: ſed ſolū compoſitū: q2 materia ꝑma nō eſt lignū: ſed compoſituꝫ ex illa τ forma ſubali: ita forma artificialis nō denominat ſubm ſuū: q2 lignū nō eſt ſtatua. ſed cōpoſitū ex vtroq̄. Item ſicut forma accidentalis naturalis aduenit enti in actu: ita τ forma artificialis: nō tñ denominat ſubm ſuū: ſicut forma accidētalis nālis. ¶ Et ad cōfirmationē dr̄ ꝙ aliqd concretū reſultat ex forma accidētali nāli: τ aliqd ex forma accidētali artificiali. Nā ex ꝑma reſultat concretū adiectiuū: vt albus alba album calidus calida calidū: nō potēs perſonaliter ſupponere niſi ꝑ ſubto. Ex ſecūda vō reſultat ɔcretū ſubſtātiuū vt archa vel ſtatua: nō potens perſonaliter ſupponere niſi ꝑ concreto. alś. cōpoſito. Et ita diuerſitas eſt ex nā rei. Uñ ſicut illi termini homo: anīal: nō ſupponūt ꝑ ſubiectis: ſꝫ ꝑ compoſitis: ita illi termini archa: τ ſtatua: q2 ſicut ex formis ſubſtātialibus reſultant cōcreta ſubſtātiua: ita ex formis artificialibus: τ hic per concretū intelligo cōpoſitū ex mā τ forma: ſiue fuerit ſubſtātiuū: ſiue adiectiuū: τ ꝑ abſtractū ſolā formā. ¶ Tex.cō.3.

¶ Phyſicoꝝ aūt alia quidē habēt vitam. Alia aūt nō habēt. Vitaꝫ aūt habere dicimus id qd per ſeipm alimentū τ augmentū τ decrementum. Quare omne corpus phyſicum participans vita ſubſtantia erit. Subſtantia autem ſic ſicut compoſita.

¶ Tertia cōcluſio eſt: nō omnia corpora phyſica τ nālia ſunt ſubſtātie equaliter. ꝑbaꝫ. ſubſtātia habēs vitam: τ ſubſtātia nō habēs vitam nō ſunt equaliter ſubſtātie: ſicut nō ſunt equalr̄ ꝑfecte: ſed corpoꝝ phyſicoꝝ aliq̄ habent vitā: τ aliqua nō habēt vitam. ergo τc. pꝫ ɔñtia: cū ꝑma parte antecedentis. ſecūdā ꝑbo. nā ꝙ aliqua corpora phyſica nō hēant vitā: manifeſtū eſt de lapidib' et metallis: que nō exercēt opa vite. Sꝫ ꝙ aliq̄ hēant vitam arguiꝫ ſic: vitā dicimus hēre illud qd per ſeipm habet alimētū: augmentū: τ decrementū: ſꝫ aliq̄ corpora phyſica τ nālia per ſe nutriunꝫ: τ augenꝫ: τ diminuunꝫ. g̊ neceſſe eſt talia habere vitā. Ex ꝑbatione huius ɔcluſiōis Ariſt. infert correlarie: ꝙ ſola ſuba cōpoſita eſt illa q̄ per ſe τ ɔplete hꝫ vitā: q2 ſola ſuba cōpoſita per ſe τ ɔplete augeꝫ: τ diminuiꝫ: τ nutriꝫ. Si enī aliq̄ pars cōpoſiti augeꝫ: diminuiꝫ: vł nutriꝫ: aut nō eſt per ſe aut nō ɔplete. vt pꝫ inductiue. Lege li. (Phyſicoꝝ aūt corpoꝝ alia quidē hñt vitaꝫ: alia aūt nō hñt: vitā aūt hēre dicimus illud qd per ſeipm alimētū τ augmētū τ decremētū hꝫ: q̄rt oē corpus phyſicū participās vitā ſuba erit: ſubſtātia aūt ſic ſicut cōpoſita) ¶ Notandū ſm Cōmentatorē. cōmento .3. ꝙ Ariſta. ītelligit per vitam ꝑncipiuꝫ: qd eſt cōe omni aniato. ſ. nutriri: augeri: minui eſſentialr̄: τ dixit eſſentialiter: q2 inueniꝫ extra viuum aliquid qd aſſimulaꝫ augmēto τ diminutiōi: τ nō eſt viuum. Ecce quō per ſe ſumptū a pho: τ eēntialiter ſumptuꝫ a Cōmēto.

dicunt vnū ⁊ idē.s.intrinsecū pncipiū:ea ẜ que augent ⁊ nutriunt ab extrinseco:vt lapides vel elīta: nō p se nec essentialiter augent vel nutriunt. Que aūt ab ītrinseco nutriunt ⁊ augent: illa per se ⁊ essentialiter habēt vitā: sicut per se ⁊ essentialiter mouent motu augmētatiōis ⁊ nutritionis. ⁋ Dubitat circa ꝯclōnem:qꝛ dicit phs in pdicamentis:ꝙ suba nō suscipit magis ⁊ minus.ẜ nulla substātia est magis vel minus suba q̃ alia. ⁋ Respōdetur ꝙ Ar. per suscipere magis ⁊ minus nō ītelligit cōparationē fm magis ⁊ minus; qꝛ sic substantia suscipit magis ⁊ minus.brutū.n.est animātiꝰ planta: fm auctorē.6. pncipioꝝ:⁊ ꝯsiter ītelligētie sunt magis substātie q̃ homines:⁊ homines q̃ bruta:ſʒ Ar. per suscipere magis ⁊ minus intelligit suscipere intensionē ⁊ remissionē:ita ꝙ suba nō intēdit ⁊ remittit hūs ptes ītēsiores ⁊ remissiores ad modū q̃litatū gradualiū. ⁋ Textꝰ cōmē.4.

⁋ **Quoniā aūt est corpus ⁊ huiusmodi vitam habens: neq; vtiq; erit corpus anima. Nō est enim eorū que in subiecto corpus: magis aūt sicut subiectum ⁊ materia est.**

⁋ Quarta ꝯclusio est. anīa nō est nec pōt esse corpꝰ. Ista cōclusio dupl'r argūt. pma sic:nullū corpus hʒ vitam a se. Sed anīa hʒ vitā a se.ergo anīa nō est corpus:antecedens pʒ:qꝛ separata anima a corpore: istud nunquā viueret:separata aūt corpore ab aīa: ⁊ quocūq; alio extrinseco:adhuc anīa haberet vitaʒ. Secūdo sic. nullū corpus est in subo:imo magis est subm ⁊ materia:sed anima est in subiecto.ẜ ⁊c.minor est euidens:⁊ maior declarat:qꝛ cū nō sit ratio:quare magis vnū corpꝰ sit in subiecto q̃ aliud.seqꝛ omne corpus esse in subiecto:⁊ sic erit pcedere in infinitū in corporibus subijciētibus:⁊ informantibus;qꝺ est impoſe. Lege lrām (Quoniā aūt est corpus: ⁊ hꝫ vitam habens) est nō a se: sed ab anima: (nō vtiq; erit corpus anīa.) Ista fuit pma ratio: ad quā sequit secunda: (non.n.coꝝ que in subiecto corpus: magis aūt sicut subiectū ⁊ materia est) ipm corpus. ⁋ Notādū fm Cōmentatorē.cōmen.4.ꝙ ꝓpriū est forme:vt sit substātia in subiecto:⁊ differt ab accidēte:quoniaʒ accidēs nō est pars substātie composite:forma aūt est pars huiꝰ substātie composite;⁊ etiā equiuoce dicit forma esse in subiecto:⁊ accidēs in subiecto esse:subm.n.accidētis est corpus compositū ex materia ⁊ forma:⁊ est aliqꝺ existēs in actu:⁊ nō indiget in suo esse accñti: subiectuʒ aūt forme nō hʒ esse in actu: fm qꝺ est subm nisi per formā ⁊ indiget forma vt sit in actu:⁊ maxime pmū subʒ:qꝺ nō denudat a forma omnino:⁊ ꝓpter similitudinē īter ista errauerūt plures loquentiū: ⁊ dixerunt formā esse accidēs: Dec Cōmētator. forma ergo substātialis; ⁊ accidētalis in vno cōuenīūt.s.qꝛ cuilibet illarū est ꝓpriū esse in subiecto. ⁋ Differunt aūt in duobus. pmo qꝛ forma substātialis est pars substātie composite:⁊ nō forma accidētalis.secūdo qꝛ forma substantialis aduenit enti in potentia:⁊ forma accñtalis aduenit enti in actu. ⁋ Cōtra arguit prima ꝙ forma subalis aduenit enti in actu; qꝛ forma subalis elm̄ti non aduenit materie pme;nisi illa fuerit disposita per qualitates pmas. pmo ⁊ scḋo de generatione. ergo forma substātialis elementi aduenit enti in actu;saltē accidētali: forma aūt mixti aduenit composito ex materia ⁊ quattuor formis elmtoꝝ nō solū accñtalibꝰ:ſʒ ēt subalibꝰ.vt colligit de ītentōe Auerro.3.celi.ẜ forma subalis aduenit enti in actu subali. Scḋo arguit ꝙ forma accñtalis aduenit enti in potentia: qꝛ si forma accidentalis nō inheret nisi cōposito subali . ẜ corrupto cōposito corrūpunt oīa accñtia eius:⁊ per ꝯñs nullū ac-

T.c.18.
T.c.3.

cidēs manet in genito qꝺ fuit in cōrupto: ꝯ phꝫ.z.de generatiōe dicentē: ꝙ in habentibus symbolū facilior est transitus q̃ in nō hñtibus: qꝛ in habentibus symboluʒ corrumpit solū vna qualitas pma:⁊ in nō habētibꝰ symbolū corrumpunt due qualitates: ꝓpter duplicē cōtrarietatē. ⁋ Ad pmū dr: ꝙ Cōmētator per ens in actu intelligit subm nō potētiale ad vlteriorē formā subaleʒ: ⁊ per ens in potētia ītelligit subm potētiale ad vlterioreʒ formam subalem: nulla ẜ forma subalis aduenit enti in actu ꝓpter implicationē cōtradictionis:sed solū enti in potētia.Si.n.forma substātialis aduenit enti composito ex materia ⁊ qualitatibus pmis: aut ex materia ⁊ formis substātialibus elemētoꝝ:illud tale compositū non est ens in actu ad modū intelligēdi Cōmentatoris: sed ens in potētia: cū illud sit potētiale ad vlteriorē formā substātialē. Et lʒ forma substātialis adueniat tali cōposito accidētali vel substātiali: nō tamē inheret illi composito; sed solū materie pme: lʒ tales forme requirātur tanq̃ pme dispositiōes. Subiectū enī forme dʒ esse ens vere vnū:modo compositū ex materia ⁊ accidente: aut ex materia ⁊ formis substātialibꝰ elementoꝝ nō est ens vere vnū. Sed vnū per accidēs: vel per aggregationeʒ. ⁋ Ad zm dr: ꝙ nō est danda differētia īter formā substātialē ⁊ accidentalē isto modo: qꝛ forma substātialis solū est in subiecto in potētia: ⁊ forma accidētalis solū est in subo in actu: qꝛ hoc est impossibile: vt ꝓbat arm. Sed eo modo quo dicit Cōmenta. ꝙ forma substātialis nunq̃ aduenit nisi enti in potētia: forma aūt accidētalis aduenit enti in actu: ita ꝙ forma substātialis nō pōt actuare nisi ens in potētia: forma aūt accidentalis actuat ens in actu. Ex quo nō sequit quin actuet ens in potētia. Dico ergo ꝙ substātialis forma nō hʒ nisi vnū subiectū inhesionis: ⁊ illud est pma materia; forma etiam artificialis hʒ solū vnū subiectū: ⁊ illud est corpus naturale. Sʒ forma accidētalis naturalis hʒ duplex subiectū inhesiōis: vnū per se pmo: qꝺ est materia pma. ⁊ aliud nō per se pmo: qꝺ est ipm compositū naturale: nō enī posset forma inherere parti: nisi inhereret toti: albedo ergo: vel caliditas inheret cōposito per se nō pmo: qꝛ solū ratiōe partis; ideo nō sequit corruptio illarū ad corruptionē cōpositi: sed bene sequit corruptio illarum ad corruptioneʒ pme materie: ex quo illa est subm pmū īmediatū ⁊ adequatum. q̃re ⁊c. ⁋ Textus cōmenti.4.

Necesse est ergo animam substantiaʒ esse: sicut spēm corporis physici potētia vitam habentis.

⁋ Postq̃ aūt Aristo. posuit ꝯclusiones preambulas faciētes ad ꝓpositū suum: ꝯñter ex eisdē īfert quattuor cōclusiones: qbus cōuincit diffinitio cōsīma anīe; quarū pma est ista: anīa est forma substātialis corporis physici habētis vitā in potētia. Secūda cōclusio: anīa est actus pmus corporis physici in potētia vitā habētis.ibi.(Substātia aūt actus) Tertia ꝯclusio. omne corpus cuiꝰ anīa est actus est corpus organicū.ibi. (Tale aūt qꝺcūq;) Quarta ꝯclusio. si aliqua diffinitio communissima competit anime: maxime illa videt.s.actus pmus corporis physici in potētia vitā habētis.ibi.(Si aūt aliqꝺ cōe:) pma ergo cōclusio est ista: anīa est forma substātialis corporis physici hñtis vitā in potentia; hec cōclusio hʒ q̃ttuor ptes pncipales; quaꝝ pma est.forma subalis: que ꝓbat per pmā ꝯclusionē alteriꝰ lectiōis sic: anīa est actus subalis. ẜ est subalis forma pʒ ꝯñtia: qꝛ oīs actus est forma: ãīs sic arguit: anīa est actus: per pmaʒ cōclusionē: cū sit perfectior pars corpis aīati: ⁊ nō actus

accidētalis: per suppositionē: q2 suba vere dr̃ de mã forma ⁊ composito. ergo aĩa est actus subalis. Secũdo ps cõclusionis est. corporis physici. que ꝓbaꝛ per secundã cõclusionẽ alterius lectionis: forma que est magis substãtia dꝫ actuare corpꝰ: qd̃ est magis suba: sꝫ aĩa iter formas est magis suba: ꝓpter suã nobilitatẽ: ⁊ corpꝰ physicum inter oĩa corpora est magis substãtia: per illã secundam ꝯnez. ergo aĩa est forma subalis corporis physici. Tertia pars ꝯnis est. hñtis vitã. que ꝓbaꝛ per tertiã cõclusionẽ alterius lectiõis: si nobiliori corpori debeꝛ nobilior forma: sꝫ corpus viuẽs est corpus nobilissimũ: per illã tertiã ꝯnẽ: ⁊ aĩa est forma nobilissima. ꝑ anima est forma substãtialis corporis habẽtis vitaz. Quarta pars ꝯnis est. ĩ poᵃ. que arguiꝛ ex 4ᵃ ꝯne alterius lectiõis. naz aĩa nõ est corpus: sꝫ est in corpore tãq̃ in subto: per aliã cõclusionẽ: sed corpus cuius anima est forma: est ens in potẽtia ſm Cõmẽtato. ibidẽ. ergo aĩa est forma corporis in poᵃ: ⁊ ita habeꝛ toto cõclusio. s. aĩa est forma subalis corporis physici hñtis vitã in potẽtia. T.c.li. (Necesse est ꝑ aniam subam esse sicut spẽm corporis physici in potẽtia vitã hñtis.) Cõtra istã ꝯclonẽ arguiꝛ: ⁊ pmo ꝙ aĩa nõ est forma subalis: q2 accñtis esse est inesse. 7. metaph. sed aĩa inheret suo subto. sicut ⁊ quelibet forma. ergo aĩa est accidẽs. Scdo argr ꝙ aĩa nõ sit forma corporis physici: q2 aĩa non est forma nisi materie: cũ nulli inhercat nisi mãe: per Cõmẽtato rẽ vbi supra: sꝫ mã nõ est corpꝰ physicũ: cũ nõ cõponaꝛ ex mã ⁊ forma. ꝑ aĩa non est forᵃ corporis physici. Tertio argr: ꝙ aĩa nõ est forma corpis viuẽtis: q2 itelliᵃ separata ẽ aĩa celi: cũ sit pma ꝑfectio eius: ⁊ tamẽ celũ nõ est corpꝰ viuens: q2 nõ nutriꝛ: nec sentit: nec moueꝛ ꝓgressiue: nec intelligit. Quarto argr: ꝙ aĩa nõ est forma corporis in poᵃ: q2 anima est forma corporis in actu: ⁊ nõ in poᵃ. pꝫ cõsequẽtia: q2 actus ⁊ poᵃ sunt opposita: ſm Cõmẽtato. in ꝓlogo: ⁊ aĩs arguit: q2 aĩa est forma cõpositi ex materia ⁊ forma vltimata: cũ illud recipiat ab ea nomẽ ⁊ diffinitionẽ. Ad pmũ dr: ꝙ lꝫ accidẽtis esse: sit inesse: nõ tñ omne qd̃ alteri inest recipit denoĩationẽ accñtis: q2 forma subalis nõ dr differre ab accñtali per inesse: sꝫ aliis modis: vt videbiꝛ ĩfra: sꝫ sufficit iste ad p̃sens: qꝛ ad inceptionẽ vel desinitionẽ forme subalis cõpositũ subale simplr incipit vel desinit esse: sꝫ nõ ad iceptionẽ vel desinitionez forme accñtalis. Ad 2ᵐ dr: ꝙ lꝫ aĩa nõ sit forma nisi materie pme: per inherẽtiã: vel iformatiõez: tamẽ est forma corporis cõpositi physici: per denominationẽ: ⁊ specificationẽ: cũ ab illa corpꝰ physicũ capiat nomen ⁊ diffinitionẽ. Ad 3ᵐ dr: ꝙ intelligẽtia nõ est anima celi ꝓprie: q2 nõ sibi vniꝛ ſm esse: sed ſm operari solum: ideo celũ nõ dr ꝓpe viuere. sꝫ solũ per participationez: neq3 itelligẽtia est pma perfectio celi in genere cãe formalis: sed solũ finalis. Ad 4ᵐ dr: ꝙ aĩa est forma corporis in potẽtia: ⁊ est forma corporis in actu. Vñ altera pars cõpositi aĩati est corpꝰ in poᵃ ⁊ ipm totũ ꝯpositũ est corpus in actu: ⁊ cuiuslibet istoꝝ aĩa est forma: lꝫ diuersimode: neq3 actꝰ ⁊ poᵃ opponũꝛ nisi respcũ eiusdez ⁊ ſm idẽ. Textus cõmẽ. 5. ⁊. 6.

Substantia aũt actus est ⁊ perfectio: huiusmodi igiꝛ corporis actus atq3 ꝑfectio est. Hic aũt cuz dicaꝛ duplr: alius quidẽ sicut scientia: alius quidẽ sicut cõsiderare. Manifestũ est igitur ꝙ anima est actus sicut sciẽtia. In eo. n. ꝙ anima existit ⁊ somnus ⁊ vigilia est. Proportionale aũt vigilantia quidez ipsi considerare: somnus aũt ipsi habere ⁊ nõ operari. T.cõ.6.

Prior aũt generatione in eodez scientia est. Vñ anima est primus actus corporis physici potentia vitam habentis.

Secunda cõclusio. aĩa est actus pmus corporis physici in potẽtia vitaz habentis. Ista cõclusio pꝫ ex dictis: preter istã particulã. actus pmus. nã ꝙ anima sit actus: manifestum est: q2 est forma substãtialis: ⁊ nõ cuiuscũq3 corporis: sed corporis physici: ⁊ per ꝯñs anima est actus corporis physici: sed ꝙ sit actus pmus: arguiꝛ: supponendo ꝙ aĩa hẽat duplicẽ actũ. s. habitualẽ: que est sciẽtia: ⁊ actualẽ: que est cõsideratio. Isto p̃supposito arguitur sic: sicut se hꝫ scientia respectu aĩe: ita aĩa respectu corporis. sed sciẽtia est actus pmus aĩe. ergo aĩa est actus pmus corporis. ꝯ ꝯñtia cum minorẽ: q2 intellectus pus actuaꝛ spẽ intelligibili q̃3 actu itellectionis: sicut sensus pus actuaꝛ spẽ sensibili q̃3 actu sensationis. maior declaratur duplr: ⁊ pmo sic: sicut existẽte scientia in aĩa: sibi inexistit habitus ⁊ actus: ita existẽte aĩa in corpore: sibi. s. corpori inexistit somnus ⁊ vigilia: quoꝝ somnus se hꝫ sicut habitꝰ: ⁊ sciẽtia ⁊ vigilia sicut actus ⁊ cõsideratio: sicut. n. sciẽs habitualiter nihil operaꝛ: ita somnolẽtus nihil agit: saltẽ per virtutes exteriores: q2 nulla illarum est sine actuali operatiõe: vigilia aũt est similis ꝯsideratioi: ⁊ per ꝯñs sicut se hꝫ scientia respectu aĩe: ita aĩa respectu corporis: que fuit maior ꝓbanda. Secundo declaraꝛ eadem maior. nã sicut scientia est p̃or consideratione in aĩa: ita adueniẽte aĩa corpori: quies precedit operationẽ: eo ꝙ anima nõ moueꝛ nisi a q̃te: modo habitus hꝫ se per modũ q̃tis: ⁊ cõsideratio per modum operatiõis. Lege litterã. (Substãtia aũt) que est aĩa (est actus: huius ergo corporis). s. physici anima est (actus: hic aũt). s. actus (dr duplr: alius quidẽ sicut sciẽtia: alius aũt sicut cõsiderare: mãifestum ergo ꝙ) sicut scientia se hꝫ respectu anime: ita aĩa respectu corporis (inexistẽte. n. aĩa corpori ⁊ somnus ⁊ vigilia est: ꝓportionale aũt vigilãtia quidẽ ipsi cõsiderare) similis est. (Somnus aũt ipsi habere: ⁊ nõ operari:) hec fuit pma ꝓbatio maioris: ad quã sequiꝛ secũda ꝓbatio: (p̃or aũt generatiõe in eodez sciẽtia est. Vñ aĩa est pmus actus corporis physici in potẽtia vitã habẽtis.) Notandũ pmo. quare phs dicit: ꝙ in eodẽ sciẽtia est p̃or cõsideratione via generatiõis: q2. 9. metaphy. actus naturaliter p̃or est potẽtia ſm eum: cũ sit finis: ⁊ complemẽtũ potẽtie: etiã ordine generatiõis ⁊ temporis: vr̃ter loquendo actus est p̃or potẽtia. nã illud qd̃ est in potentia reduciꝛ ad actuz per aliqd qd̃ est ens in actu. Ideo notãter dicit in eodẽ: q2 illud qd̃ est pmo in potẽtia fit postea in actu: ⁊ ita in vno eodẽ potẽtia via generatiõis precedit actũ. Unde in mã potẽtia precedit formam: ⁊ in anima spẽs intelligibilis intellectionẽ: eo ꝙ a spẽ intelligibili gñatur intellectio. Notandũ scdo: ꝙ Auicẽna pma. 6. naturaliũ: hanc ꝯclusionẽ aliter declarat: dicẽs ꝙ ꝑfectio põt capi duobus modis. s. pma ⁊ secũda. pma perfectio est ꝓpter quã spẽs fit spẽs in effectu: sicut figura ensis. Perfectio secũda est aliquid ex eis: que cõsequunꝛ speciem rei: aut ex actiõibus eius: aut ex passionibus: sicut scidere ensi: ⁊ sicut cognoscere cogitare sentire ⁊ motus homini. he. n. sine dubio perfectões sunt spẽi: sꝫ nõ pme: nõ. n. ad hoc vt spẽs sit illud qd̃ est in effectu hꝫ opus in effectu. ergo aĩa est perfectio pma: sꝫ q2 ꝑfectio est ꝑfectio alicuꝰ rei que est corpꝰ: ⁊ nõ cuiuscũq3 corporis: nõ. n. est ꝑfectio corporis artificialis: sicut scãni: aut scabelli: sed est perfectio corporis naturalis: nec omnis corpo-

T.cō.24.

ris nālis:nō.n.est aīa perfectio ignis:aut terre: sed est in hoc nostro mundo perfectio corporis naturalis ex quo emanāt ei⁹ perfectiōes secūde ꝑpter instrā quib⁹ viuatur ad opa vite. Quoꝝ ꝑmū est nutrimētū ꝛ augmētuȝ: ideo aīa quā inuenimus in aīali ꝛ vegetabili est ꝑfectio ꝑmi corporis nālis instrālis hn̄tis opa vite: hoc Auicē. ❡ Contra ꝑdicta arguit̄: ꝛ ꝑmo ꝙ aīa non sit actus: qꝛ materia nō est potētia. ḡ anima nō est actus. tȝ ꝯn̄tia: qꝛ qualis est habitudo materie ad potētiā: talis est forme sūbalis ad actuȝ. aīs est Cōmentato. ꝑmo physicoꝝ di. aduenięte forma potētia corrūpit̄: ꝛ nō materia. Itē ponit Ar.ꝑmo de genera. ꝙ forme est agere: ꝛ pati siue recipere est alteri⁹ potentie: ꝛ Cōmētator in de sūba orbis ꝙ actui repugnat recipe: sed aīa patit̄: ꝛ recipit spēs sensibiles ꝛ intelligibiles s̄m ph̄m in hoc 2° ꝛ 3° hui⁹. ḡ ꝛc. ❡ Scd̄o arguit̄ ꝙ nō ōis aīa est actus ꝑmus: sed soluȝ vegetatiua: qꝛ ista ꝑsupponit̄ ab omnibus aliis. iuxta ordinē graduū aīatoꝝ: imo nulla aīa est actus ꝑmus materie: qꝛ quelibet talis supponit dispōnes accidentales in mā. ❡ Ad ꝑmū dr̄: ꝙ sicut mā ꝑma non est aliqua potentia accidētalis: sȝ bene essentialis ꝛ sūbalis: ita similiter forma sūbalis nō est actus qui sit relatia forme ad māȝ: sȝ est actu sūbalis ꝛ accn̄talis. als. eēntialis. Cū vo dicit ph̄s: ꝙ for͛ est agere: ꝛ pati est alterius potētie: intelligit ꝙ forma per se agit: nō aūt per se patit̄: sȝ mā est illa que per se patit̄: loquēdo de pati subiectiue ꝛ passiōe ꝑprie dicta: que est vera alteratio. Ad Cōmentatorē vo ꝯcedo ꝙ actui in eo ꝙ actus est: repugnat recipere: nō tamen repugnat actui recipere: ꝓ q̄nto hȝ potētiā admixtaȝ actui. Dicit.n. Ar. 3° physicoꝝ: ꝙ oē qd̄ agit: agit s̄m ꝙ est in actu: ꝛ oē qd̄ patit̄: patitur s̄m ꝙ est in potētia. ❡ Ad 2ᵐ dr̄: ꝙ aliquid esse actū ꝑmū pōt intelligi quadrupliciter. Primo intelligit̄ aliquē esse actū ꝑmū ꝑmitate essendi simplr̄: ꝛ sic solus deus est actus ꝑmus. Secundo intelligit̄ esse aliquē actū ꝑmū ꝑmitate inherēdi subiecto: ꝛ sic accidētia dicunt̄ actus ꝑmus: ꝑus.n. inherent subto q̄ȝ forma sūbalis. Tertio itelligit̄ esse aliquē actū ꝑmū ꝑmitate perfectiōis: ꝛ sic sola aīa itellectiua in toto ambitu formatū est ꝑm⁹ actua: qꝛ perfectissima in toto illo ordine. Quarto itelligit̄ aliquē esse actū primū ꝑmitate operandi: ꝛ sic omnis actus fixus a quo immediate ꝓcedit aliqua operatio dicit̄ actus ꝑmus: ꝛ hec fuit intētio Aristo. ꝛ Cōmētato. cum dixerūt sciam esse actū ꝑmū: ꝛ silr̄ acuitatē in cultello. Considerationē aūt ꝛ incisionē actum 2ᵐ qꝛ ꝓcedunt ab illis: ꝛ sic nō solum forma sūbalis: imo ꝛ accidentalis dicit̄ actus ꝑmus. Et ꝯn̄ter nō est incōueniēs reperiri in eodē plures actus ꝑmos: aīa eni ꝛ sciētia sunt in eodē: ꝛ sunt actus ꝑmi: ꝛ si in aliquo sunt plures forme sūbales: quelibet illarū est actus ꝑm⁹: qꝛ est actus fixus a quo imediate ꝓuenire potest aliqua opatio. ❡ Textus cōmen. 6.

❡ Tale aūt quodcūq̄ȝ organicuȝ: organa aūt ꝛ plantarū partes sunt: sed penitus simplices vt foliū fructiferi cooperimentū: fructiferū autez fructus. Radices vo ori similes sunt: vtraq̄ȝ enim trahunt alimentum.

❡ Tertia cōclusio. omne corpus: cuius aīa est actus: est corpus organicū. ꝓbat̄. quelȝ plāta cui⁹ aīa est act⁹: est corpus organicū. ḡ per idē omne aliud corpus cui⁹ aīa est actus: est corpus organicum. pȝ ꝯn̄tia: qꝛ planta inter oīa corpora aīata est minoris perfectōis: antecedēs arguit̄: omne corpus habēs partes diuersarū rationū: ꝛ diuersarū denominationū: ꝛ diuersoꝝ officioꝝ: est corpus organicū: sȝ quelibet planta est hȝ. ḡ ꝛc. pȝ ꝯn̄tia: cū maior: ꝛ minor declarat̄. Nā plante habēt folia: frondes: ramos. ꝛ radices. que sunt diuersarū rōnum: ac denominationū. vt pȝ: lȝ in eis nō sit tāta diuersitas sicut in partibus animaliuȝ. Sūt etiā diuersoꝝ officioꝝ: eo ꝙ folia ordinant̄ ad operienduȝ cortices. ꝛ cortices ad operiendum frondes seu ramos: rami aūt ordinant̄ ad ꝓducendum fructus: sed radices sunt ordinate vt ꝓportiōaliter ori intus suscipiāt nutrimētū: ꝛ ipm digestū ad singulas mittāt arboris seu plāte organicas partes. Lege lrām. (Tale aūt qd̄cūq̄ȝ) corpus cui⁹ aīa est actus: est (organicum: organa aūt ꝛ plantarū partes sunt: sed penitus simplices) in ordine ad partes aīaliū: pes eni animalis ex diuersis partibus cōpositus est. s. carne: neruo: ꝛ osse: sed foliū seu cortex: ex tanta diuersitate partiuȝ nō apparet cōpani: sunt tamē diuersoꝝ officioꝝ: (vt foliuȝ: fructiferi). i. partis faciētis fructū est (coopimentū: fructiferū aūt) est ꝓductiuū (fructus: radices vo ori similes sunt: vtraq̄ȝ.n. trahunt alimentū.) ❡ Notādū ꝙ diuersitas organoꝝ est necessaria in corpore suscipiente vitaȝ: propter diuersas operatiōes anime. Anima.n. cuȝ sit forma perfectissima inter formas rerū corporaliū: est ꝑncipiuȝ diuersarū operationū: ꝛ iō reqrit diuersitateȝ organoꝝ in suo perfectibili. Forme vo rerū inanimataruȝ ꝓpter sui imperfectionē sunt ꝑncipia paucarū operationū. vn̄ nō exigunt diuersitatē organoꝝ in suis partibus: ꝛ ideo aīe plantarū: qꝛ imperfectiores inueniunt̄ q̄ȝ aīe aīaliū: in illis minor reperit̄ diuersitas organicarū partiū: quapropter ph̄s ad ostēdendū omne corpus suscipiens vitā esse organicū: capit argumentū ex plantis. ❡ Contra istā cōclusionē arguit̄ sic: tam caro q̄ȝ os est corpus: cuius aīa est actus: ꝛ tamē nō est corpus organicū: qꝛ nō hȝ partes quātitatiuas diuersarū rōnum. nam quelibet pars quātitatiua carnis est caro: ꝛ quelibet pars quātitatiua ossis est os. Similr̄ embrio est corpus aīatuȝ: qꝛ nutrit̄: ꝛ auget̄: ꝛ tamē nō est corpus organicuȝ: qꝛ nō hȝ partes diuersarū denominationuȝ: vel diuersoꝝ officiorum. ❡ Rn̄det̄ ꝙ aliqd̄ esse corpus organicū triplr̄ intelligit̄: aut qꝛ actualiter hȝ partes diuersarū rōnū: ꝛ sic homo vel equus est corpus organicū: aut qꝛ potentialiter potētia ꝓpinqua hȝ partes diuersarū rōnum: ꝛ sic fetus vel embrio est corpus organicū: aut qꝛ est pars instrumētalis corporis habētis partes diuersarū rationum: ꝛ sic tam caro q̄ȝ os est corpus organicuȝ. Ideo dixit Auicēna: ꝙ anima est ꝑma perfectio corporis naturalis instrumentalis. ❡ Textus cōment. 7.

❡ Si aūt aliqd̄ cōe in omni aīa oȝ dicere. Erit vtiq̄ȝ actus primus corporis orgāici physici.

❡ Quarta conclusio. si aliqua cōissima diffinitio competit anime: videt̄ ista. s. actus primus corporis physici organici. pȝ: eo ꝙ hec diffinitio cōuertit̄ cum aīa vniuersaliter sumpta: ꝛ nō soluȝ hec diffinitio est cōmunissima anime: sed etiā alia expressa in ꝑma cōclusione. s. forma substātialis corporis physici potētia vitā habētis: ꝛ iteruȝ alia expressa in secūda cōclusione. s. actus ꝑmus corporis physici potētia vitaȝ habētis. Quoniā iste due diffinitiōes formaliter inuicē cōuertunt̄: hic tamē de ista secūda tantū facit mētionē: quoniā hec est famosissima: ꝛ nō alie: omnes eniȝ fere antiqui cōcessertint ꝙ anima est actus ꝑmus corporis physici orgāici potētia vitā habentis. Sed vix aliquis concessisset animā esse formaȝ substantialē corporis physici: qꝛ pro maiori parte oēs dixerunt aīam esse accidēs in materia. Lege lr̄. (Si aūt aliqd̄ cōe) tāq̄ȝ diffinitiuū vel descriptiuū in omni aīa:

T.c.55.

(T.121

T.c.60.

T.c.6.

T.217.

118.

opꝫ dicere: erit vtiq; actus p̄mus corporis organici physici. ¶ Notandū fm̄ Cōmentatorē. cōmen. 7. ꝙ Arist. induxit hunc sermonē in formā dubitatiōis: excusando a dubitatione accidente in partibus huius diffinitiōis: perfectio. n. in aīa ratiōali: ⁊ in alijs virtutib⁹ aīe: fere dr̄ poni equiuocationē: ita ꝙ ꝓ tāto loquutus est Arist. sub conditione: q̄r perfectio nō vere dicit̄ vniuoce de omni aīa: imo dr̄ equiuoce de aīa rōnali ⁊ sensitiua: q̄r sensitiua est perfectio mãe per inherētiā ⁊ iformationē: itellectiua aūt est ꝑfectio mãe: solū ꝑ indistantiā: ⁊ applicationē. ¶ Scdm̄ Cōmēta. dubitat̄. q̄re in assignatiōe diffōnis noiando eaꝫ cōissimā aīe dimisit istā particulā po⁹ vitā hn̄tis: quā tn̄ supra inseruit in ambab⁹ diffōnibus. ¶ Rn̄det̄ dupl'r. p̄mo ꝙ hoc fecit causa breuitatis. ꝓus . n. illā ꝑticulā exꝑsserat quā vltimo īplicite itelligebat. Scd̄o dr̄ vt colligit̄ a Cōmēto. eodē cōmēto: ꝙ loco illi⁹ ꝑticule posuit organicū per qd̄ dat̄ itelligi po⁹ vitā hn̄s. Ex q̄b⁹ seq̄t̄ ꝙ diffiniētes aiam isto mō. aīa est act⁹ primus subalis corporis physici orgāici po⁹ vitā hn̄tis. supflue diffiniunt: q̄r si dr̄ p̄mus: nō opꝫ ꝙ dicat̄ subalis: ⁊ si dr̄ subalis. nō opꝫ ꝙ dicat̄ p̄mus: vt innuit ph̄us in lr̄a: nō tn̄ supflue ponit̄ organicū: lꝫ hec diffō 3ª ꝯuertat̄ cū p̄oribus duabus: q̄r ponit Ar. 2. poste. ꝙ semp in diffōne debent poni oēs dr̄ie ꝑdicabiles de diffinito inter genus ⁊ ip̄m diffinituꝫ: ꝯstat aūt ꝙ organicū est dr̄ia sumpta sub corpore physico: ideo dꝫ poni in diffinitione anime: propterea alie due diffinitiōes non sunt ita proprie: nec ita complete. ¶ Textus cōmenti. 7.

¶ Unde nō opꝫ querere si vnū est aīa: ⁊ corp⁹: sicut neq; cera ⁊ figura: neq; omnino vniuscuiusq; materia: ⁊ id cuius est materia.

¶ Ex ꝑdictis īfert Arist. duo correlaria. p̄mū nō est vtile querere. vtrū ex corpore ⁊ aīa fiat vnuꝫ. ꝓbat̄ dupl'r: ⁊ p̄mo sic: ita est in nāl'ib⁹: sicut in artificialib⁹: q̄r ars imitat̄ nām: sꝫ in artificialib⁹ nō est vtile q̄rere. vtruꝫ ex cera ⁊ figura fiat vnū artificiatū puta statua: vel aliud artificiale: q̄r hoc est statiꝫ notū. g̊ pariformiter nō est vtile querere. vtrū ex corpore ⁊ aīa fiat vnū corp⁹ aīatuꝫ. Scd̄o habita notitia mãe ⁊ forme scitur ex mã ⁊ forma fieri vnuꝫ: sꝫ ex dictis habet̄ notitia ꝙ aīa est forma: ⁊ corp⁹ mã. g̊ ex dictis scit̄ ꝙ ex corpore ⁊ aīa fit vnū: ⁊ ꝑ ꝯn̄s iutile est q̄rere talē q̄ōnē. Lege lit. (Unū nō opꝫ querere si vnū est anima ⁊ corpus: sicut neq; cera ⁊ figura) q̄rimus an faciāt vnuꝫ. (neq; oīno vniuscuiusq; mã ⁊ illud cui⁹ est mã:) q̄rimus an ꝯstituāt vnū ⁊c. ¶ Nōndū p̄mo fm̄ Egidiū ꝙ ista questio. vtrū ex mã ⁊ forma fiat vnū. pōt tripl'r itelligi. p̄mo quo ad modū vnionis: ⁊ sic dr̄ ꝙ sicut agens ꝯiungit̄ passo fm̄ v̄tutē: sic forma vnit̄ mãe fm̄ essentiā: ⁊ sicut a v̄tute egredit̄ opari: sic ab eēntia egredit̄ esse existere: ideo sicut ex actiōe ⁊ passiōe fit vnum fm̄ opationē: q̄r agētis ⁊ potiētis est vnus actus. 3⁰ physi. sic ex mã ⁊ forma fit vnū fm̄ eē: q̄r eoꝝ est vnū ⁊ idē esse. Scd̄o pōt itelligi ista q̄ō quoad cām extrinsecam vnionis: ⁊ sic dr̄ ꝙ cā extrinseca est motor: efficiens eni per cui⁹ actionē forma vnit̄ materie: ⁊ aīa corpori: facit vnū ex corpore ⁊ aīa: ⁊ ex mã cū forma: ⁊ hoc est qd̄ dicit ph̄s in fine. 8. metaph. ꝙ mã ⁊ forma nō sunt quasi duo diuersa: ⁊ ꝙ ex eis fiat vnū: nō h̄nt vnionis causam ꝑter motorē. Tertio pōt itelligi q̄ō: quo ad cām intrinsecaꝫ: ⁊ sic q̄ō nulla est: q̄r nō est querēda talis causa: nō. n. est aliqua colla vel clauus ꝯiungens formā materie: nec est mediū īter mãꝫ ⁊ formā se habēs: vt ligamētū ligās formā mãe: ob quā cām bene dictū est ꝙ nō opꝫ querere q̄īo ex aīa ⁊ corpore aut ex cera ⁊ figura fiat vnuꝫ. i. nō opꝫ querere aliquā cām intrinsecā que sit ligans vel ꝯiungēs materie formā: sꝫ eo ipso ꝙ hoc est quid in po⁹: illud vo qd̄ in actu: fit ex eis vnū: mihi tn̄ videt̄ ꝙ si aliqua ꝯiungunt̄ vel colla vel clauo: ita forma cōiungitur materie qualitatib⁹ p̄mis. Ideo sicut illa q̄ō nō est inutilis quo ad modū vnionis: vel quo ad cām extrīsecā: ita nō est inutilis quo ad cām intrinsecā. Dicat̄ g̊ ꝙ non est vtile querere hic. vtrū ex corpore ⁊ aīa fiat vnū: q̄r habito ꝙ anima est forma substantialis: ⁊ actus p̄mus: statim scit̄ ꝙ ex anima ⁊ corpore fit vnū: ꝑsupposita doctrina p̄mi physicoꝝ: ⁊ p̄mi de generatiōe: qua docet̄ ex materia ⁊ forma. fieri vnū: que q̄dē doctrina nō est hic exꝑmēda: cū hic liber illos ꝑsupponat via doctrine. ¶ Secūdo nōndū ꝙ illa ꝓpositio materia ⁊ forma sunt vnū: aut illa: aīa ⁊ corpus sunt vnū: est impossibilis in predicatiōe idētica: q̄r vnū opponit̄ multitudini. 5. metaphy. sed in ꝑdicatiōe causali quelibet illarū est necessaria ad hunc intellectū ex materia ⁊ forma fit vnuꝫ: ex corpore ⁊ aīa fit vnū: sicut illa. vnū est multa. i. vnuꝫ est ex multis. Aliter totū esset sine partes: qd̄ est īpōle: ⁊ ꝯ ph̄m primo physicoꝝ. ¶ Textus cōmē. 7.

T. c. p. — T. cō. 4

¶ Hoc. n. vnū ⁊ esse cum multipliciter dicantur: quod proprie est: actus est.

¶ Secundū correlariū: forma magis ꝓprie hꝫ eē ⁊ vnitatem q̄ꝫ materia vel compositū. ꝓbat̄: ⁊ p̄mo ꝙ magis hꝫ esse ⁊ vnitatē q̄ꝫ materia. nā forma est entitas maioris perfectiōis q̄ꝫ materia: ⁊ eidē dat esse maioris nobilitatis q̄ꝫ sit suum esse ꝓpriū. Item eadem materia numero pōt esse diuersarū specierū: sed nulla forma pōt mutare propriaꝫ spēm: imo necessario est vnius ⁊ determinate spēi. ergo forma magis proprie est ens ⁊ vna q̄ꝫ materia. Secūdo arguit̄ ꝙ forma magis hꝫ esse ⁊ vnitatē q̄ꝫ compositū. nā cōpositū capit partē sue essentie a forma: ⁊ ab illa nominat̄ essentialiter ⁊ specifice: ⁊ nō econtra. Itē compositū est diuisibile in partes diuersaruꝫ rationuꝫ: ⁊ nō forma. ergo forma est magis ens ⁊ vna q̄ꝫ compositū. Lege litterā. (Unū enim ⁊ esse cū multipliciter dicant̄). s. de actu ⁊ potētia: materia forma ⁊ composito (qd̄ ꝓprie est ens ⁊ vnū: illud (actus est). s. forma. Istud correlariū cū sua ꝓbatiōe attestat̄ Cōmenta. cōmen. 7. dicens: ꝙ hec nomina. s. ens ⁊ vnum: lꝫ dicant̄ pluribus modis: tamē p̄ma perfectio in omnib⁹ istis. s. forma magis est digna vt h̄eat hoc nomē. s. vnuꝫ ⁊ ens: q̄ꝫ illud qd̄ est aggregatū ex materia ⁊ forma. Aggregatū enī nō dicit̄ vnū: nisi per vnitatē existentē in forma: materia enī nō dr̄ hec nisi per formaꝫ: ⁊ si materia ⁊ forma essent in composito existente distincto in actu: tūc compositū nō diceret̄ vnū: nisi sicut diceret̄ vnū in reb⁹ que sunt vnuꝫ fm̄ contactū ⁊ ligamentuꝫ: modo aūt quia materia non differt a forma in composito: nisi in potentia: ⁊ compositum nō est ens in actu nisi per formā: tūc compositū nō dicit̄ vnū. nisi q̄r sua forma est vna. ¶ Cōtra cōclusionē arguit̄: ⁊ p̄mo ꝙ compositū hꝫ esse magis proprie q̄ꝫ forma: q̄r compositū est magis ens: ⁊ maioris perfectionis q̄ꝫ forma. ergo magis ꝓprie hꝫ esse. pꝫ ꝯn̄tia: q̄r ꝓpter illam cām dr̄ deus magis ꝓprie h̄ere esse q̄ꝫ itelligētie: ⁊ intelligētie q̄ꝫ hec īferiora. aīs pꝫ: q̄r compositū includit totā essentiā ⁊ perfectionē forme: superaddēs essentiā ⁊ ꝑfectionē materie. ¶ Scd̄o argr̄ ꝙ cōpositū magis ꝓprie hꝫ vnitatē q̄ꝫ forᵃ: q̄r cōpositū est vnū ꝑ se. vt pꝫ: forma aūt est vnū per accñs: q̄r per aliqd̄ extrinsecū sibi. s. per q̄ꝫtitatē. vnuit̄. n. ꝑtes forme inicē per q̄ꝫtitatē ꝯtinuā. ¶ Notādū p̄mo ꝙ vnū sumit̄ dupl'r. s. trāscēdēter ⁊ ꝑdicamētaliter. vnū. n. trāscēdēter sumptū ꝯuertit̄ cū

T.cõ.7 ente de quo dicit Aris.10.metaph. ꝙ pari passu descēdit cū ente: in.10.pdicamenta: ⁊ isto mō nō solū cōpositū est per se vnū: sȝ etiā forma ⁊ mā: q̄r de quolibet illoꝝ verificat̄ ens in pͥmo mō dicēdi per se. Unū pdicamētaliter sumptuȝ est pn̄ˢ nūeri seu q̄titatis discrete: de quo loq̄t̄ Arist. pͥmo poste. di. ꝙ vnitas est subm̄ arismetrice. Isto mō nec mā nec forma nec cōpositū est per se vnū: sȝ per accn̄s: rōne vnitatis mathematice repte in q̄titate ꝯtinua. ¶ Notandū scđo ꝙ vnū trāscēdēter sumptū sumitur dupl'r. per accidēs ⁊ per se: vnuȝ per accidēs est ens cōpositū: nō per vltimā formā subalē: ⁊ hoc ꝯtingit multipliciter. pͥmo cōpositū ex subio ⁊ accn̄te est vnū per acT.c.79 cidēs. nā Ar. pͥmo physi. dicit. ꝙ mā ⁊ pͥuatio sunt vnuȝ numero: ⁊.3. hui⁹ iquit Cōmēta. ꝙ ex itellectu ⁊ spē intelligibili fit magis vnū q̄ ex mā ⁊ forma. Scđo sumit̄ vnū per accidēs p cōposito ex mā ⁊ forma subali: potenT.c.90. tiali ad vlteriorē formaȝ: ⁊ sic loq̄t̄ Ar. in pͥma de gene. cū dicit: elmta fieri vnū in generatione mixti. Tertio sumit̄ vnū per accidēs p formis hn̄tib⁹ esse in eodē subo: T.c.12. ⁊ sic loq̄t̄ Ar.5. metaph. di. Illa sunt vnū numero: quoꝝ mā est vna: ⁊ sic forme subales elmtoꝝ: vt albedo ⁊ dulcedo in lacte sunt vnū per accidēs. Quarto sumit̄ vnuȝ per accidēs p ente habēte ꝯtinuationē s̄m mām: ⁊ non s̄m formā. co mō q̄ dicimus v̄gā eē vnā: cui⁹ vna medietas vnit: ⁊ nō alia. Sūt etiā alij modi vnitatis per accidēs: sȝ nō ita pprij: q̄r dicūt solā aggregationē: ⁊ nō cōpositionē verā: vt ꝙ pplš est vnus: aut ꝙ exercitus est vn⁹: aut ꝙ cumulus lapidū est vn⁹: tot ēi modis dr̄ vnuȝ per se. pͥmo p ente indiuisibili indiuisiōe opposita compōni portiū: ⁊ sic tā deus: q̄ quelibet itelligētiarū: q̄ etiā itellectus possibilis est vnū per se. Scđo sumit̄ p ente indiuisibili indiuisione opposita ꝯpōni ex mā ⁊ forma: ⁊ sic mā: ⁊ quelibet forma est vnū per se: ⁊ magis vnū q̄ ꝯpositū ex mā ⁊ forma. Tertio sumit̄ vnū per se p ente cōtinuo ꝯtinuitate forme: ⁊ sic vnies per totū virga est vnū per se. Quarto p cōposito per se existēte ex mā ⁊ forma: vt sor. vel pla. ⁊ sic ꝯpositū est magis vnū q̄ mā vel for⁹: cuȝ per se existat: ⁊ nō mā nec forma. Ex q̄b⁹ seq̄t̄ ꝙ forma magis pprie: ⁊ per se hȝ vnitatē ⁊ entitatē: q̄ cōpositum: q̄r forma pͥus hȝ entitatē ⁊ vnitatē q̄ compositū: ⁊ nō per aliud: ⁊ magis est indiuisibiliter: ⁊ eadem cōicat distincte ⁊ determinate composito nāli. Compositū aūt hȝ magis pprie esse ⁊ vnitatē q̄ materia: q̄r materia absolute sumpta nō hȝ determinatū esse: nec distinctā vnitatē: sed cōpositū absolute sumptū est determinate ens ⁊ vnū: q̄r est determinate spēi: lȝ per formā. ¶ Ad pͥmū dicit̄ ꝙ compositū nō est intēsiue maioris perfectōis q̄ forma: sed solū extēsiue: sed ⁊ dato ꝙ eēt maioris perfectionis intensiue: soluȝ sequit̄ ꝙ est magis ens. ⁊ magis vnū q̄ forma: nō tamē magis pprie: nec deus dicit̄ magis pprie habere esse vel vnitatem q̄ intelligentie: propter maiorē perfectionē: sed q̄r hȝ esse determinatum a se: ⁊ intelligentie a deo. ¶ Ad 2ᵐ respondet̄: ꝙ si fiat locutio de vnitate mathematica: sicut forma nō est per se: ita nec ꝯpositū: q̄r q̄libet tale est sic vnū per rationem extrinsecā q̄titatis. Si autem fiat mentio de vnitate trāscendente: sic forma magis pprie est vna q̄ compositum: lȝ quodlibet illoꝝ sit vnum per se: ⁊ dicit̄ ꝙ portes forme transcendentis inuiceȝ vniuntur seipsis: mathematice autem per parteȝ extra portē vniunt̄ per quantitatem ⁊c. ¶ Textus cōmenti.8.

VNiuersaliter quidē igit̄ dcm̄ est quid sit anima. Est eni substātia que scđȝ rationeȝ. Hoc autem est quod quid

lec 2. 5 d tho:

erat esse: huiusmodi corporis.

¶ Postq̄ Ar. manifestauit diffōneȝ anie rōnibus cōib⁹ sumptis ex parte materie: ⁊ ex parte forme: ꝯñter inuestigat eādē per rōnes pprias: ⁊ distinctas: ponēdo duas ꝯnes: quarum pͥma est ista. Anima est actus pͥmus: ⁊ forma subalis corporis aniati. Secūda ꝯclo: aīa est actus corporis viuēris in potētia nō abijciēte actum. ibi. (Est aūt nō abijciēs aīa) Prima ꝯclusio argūt̄ sic: illud est actus pͥmus: ⁊ forma subalis corporis animati: a quo sumit̄ nomē ⁊ ratio q̄ditatiua subalis corporis aniati: sed ab aīa sumit̄ nomē ⁊ ratio q̄ditatiua subalis corporis aniati. ḡ aīa est actus pͥmus: ⁊ forma subalis corporis aniati: maior aūt est euidēs: q̄r nihil videt̄ dare nomen subale ⁊ quiditatiuā rōnē subalē. nisi actus pͥmus substātialis: ⁊ minor declarat̄: ab illo sumit̄ nomē: ⁊ ratio q̄ditatiua substantialis corporis animati quo posito ponitur corpus animatū: ⁊ quo remoto remouet̄ corpus animatum. Sed posita aīa ponit̄ corpus aiatuȝ: ⁊ ea remota remouet̄ corpus aīatū. vt liquet ḡ ab aīa sumitur nomē: ⁊ ratio quiditatiua subalis corporis animati. Le.lit. (Uniuersaliter q̄dē ḡ dcm̄ est q̄d sit aīa:) sȝ iaȝ de illa spāliter dčm est. (Suba. n. est) anima: (que) est (s̄m rōneȝ). i. s̄m nomē ⁊ diffōnē: (hoc aūt). s. aīa (est q̄ō q̄d erat esse). s. ratio diffinitiua (huiuȝ corporis). vȝ. aīati. ¶ Notandū ꝙ duplex est forma. s. subalis ⁊ accidētalis: forma subalis est illa a q̄ sumit̄ nomē ⁊ rō sube. Sed forma accidentalis est illa a qua sumit̄ nomē: ⁊ rō accidētis. nā nomē rei: ⁊ ratio eius diffinitiua debent sumi ab eo q̄ō est sibi itrinsecū: modo subalis forma est intrinseca sube: ⁊ nō accidētalis. ḡ a forma subali sumit̄ nomen ⁊ rō sube. ¶ Textus cōmē.8.

¶ Sicut si aliq̄ḋ organoꝝ physicū esset corp⁹: vt dolabra. Erat q̄dē. n. dolabre esse substantia ipsius: ⁊ aīa hec. Diuisa aūt hac nō vtiq̄ȝ amplius dolabra erit: sed aut equoce: nūc aūt est dolabra. Non autem huiusmodi corporis quod quid est esse ⁊ ratio anima. Sed physici huiusmodi corporis habentis in seipso principium motus ⁊ status.

¶ Ista rō dupl'r ꝯfirmat̄: ⁊ pͥmo exēplo artificialiū: si dolabra aut aliud corp⁹ artificiale eēt corp⁹ physicū aiatū forma ei⁹ esset aīa: ⁊ esset forma subalis: ppter hoc: q̄r posita forma dolabre poneret̄ dolabra: ⁊ ea remota remoueret̄ dolabra. Sed iam posita aīa ponit̄ corp⁹ animatum: ⁊ ea remota: remouet̄ corpus animatū. ergo anima est actus primus ⁊ forma substantialis corporis animati. Et notanter inq̄t ph̄s: cōditiōaliter loques. q̄r iaȝ dolabra nō est corpus aiatū: nec corpus naturale: sȝ corpus artificiale: nec aīa seu alia for. nālis est forma dolabre: vel quouis mō corporis artificialis. sȝ est forma corporis nālis hn̄tis in seipo pͥn̄ᵐ motus ⁊ q̄etis. Le.li. (Sicut si aliq̄ḋ orgāoꝝ). i. instroꝝ artificialiū (physicū eē) corp⁹: vt dolabra erat. q̄dēȝ. n. in casu isto (dolabre) esse. i. for⁹ (suba ipsius) dolabre: (⁊ aīa) est (hoc). s. for⁹ substātialis ppter illā cām: (diuisa aūt hac). s. forma dolabre: (nō vtiq̄ȝ amplius dolabra erit. Sed aut) si erit dolabra hec erit (equiuoce:) sicut corpus mortuū dicit̄ hō (nunc aūt dolabra) nō est corp⁹ naturale, sȝ artificiale: (⁊ nō huiuscemōi corporis ꝙ q̄dē est) artificiale (esse ⁊ ratio) diffinitiua est ipsa (aīa: sed) ipsa est esse subale: ⁊ rō diffinitiua (physici huiuscemodi hn̄tis in seipsi pͥn̄ᵐ motus ⁊ status). i. q̄etis. ¶ Nōnduȝ p⁹ s̄m Cōmētato.

cōmēto. 8. ꝙ essentie rerū artificialiū sunt accn̄tia: ꝛ hoc nomen. s. sub̄a nō dr̄ de eo. s. artificiali nisi ꝑm mām. vbi gr̄a. ꝑm ꝙ est corpus ferreū: ꝛ tūc forma erit in eo accn̄s: ꝛ tunc necesse erit si forma erit ablata ꝙ hoc nomen qḋ dr̄ de ea ꝑm ꝙ dr̄ indiuiduū sub̄e: remaneat: forme naturaliū cū fuerint ablate auferenł materie: ꝛ nullū ens remanet nisi equioce. forme ergo nāles sub̄e sunt: q2 cū fuerint ablate auferł nomē ꝙ demōstrat ens ꝑm ꝙ est indiuiduū sub̄e: ꝛ silr̄ diffinitio que est ꝑm illud nomen. vbi gr̄a. cū sensus auferł a carne nō remanet caro nisi equioce: sicut caro mortui. Forma aūt artificialis cū auferł: nō auferł materia: ſ3 remanet nomine ꝛ diffinitiōe: q2 cū figura securis auferł remanet ferrū idem sicut ante nomine ꝛ diffōne: hec Cōmēta. Ex quibus verbis sequitur q̄druplex dr̄ia inter formas nāles ꝛ artificiales. prima dr̄ntia est: ꝙ forme artificiales sunt accidētia: ꝛ forme nāles sub̄e. Unde forma dolabre vel securis est accidētalis: ꝛ forma ligni vel ferri est sub̄alis. Scḋa dr̄ia est: q2 sub̄a nō dr̄ de artificiali nisi ꝑm mā3: de naturali aūt ꝑm formā. Unū hō est sub̄a ꝑncipalr̄ rōne forme: sed si securis aut dolabra est sub̄a hoc est ratiōe māe sue. s. ferri aut ligni. Tertia dr̄ntia est: q2 cū auferł forma artificialis: nō ꝑpter hoc auferł mā eius: ſ3 cū auferł forma nālis bñ auferł mā artificialis: ꝛ aliquo mō mā nālis. na3 si auferł acuitas nō pp̄ hoc auferł ferꝝ: sed si auferł forma ferri: bene auferł ferꝝ: qḋ est mā artificialis: ꝛ aufertur altera pars cōpositi ferri: q2 nō manet sub ꝑorib⁹ dispositiōibus que est mā nālis. Quarta dr̄ntia est: ꝙ desinēte forma nāli: desinit nomē ꝛ diffinitio sub̄alis indiuidui: ſ3 nō cū desinit forma artificialis: deperdił nomē vel diffinitio idiuidui sub̄e. nā corrupta acuitate: adhuc hoc est ferꝝ: ꝛ sub̄a corporea: demr̄ando indiuiduū substātie: qḋ fuit mā securis: sed corrupta forma nāli ferri: illud nō est ferꝝ: nec sub̄a corporea als̄ ferrea: nisi forte equioce: eo mō quo cadauer vł hō pictus dr̄ hō. His differētijs positis. Cōmētator eodē cōmēto ponit vlēz differentiā inter corpus nāle ꝛ artificiale dicēs. hoc ğ indiuiduū. s. sub̄e: nō est hoc: nisi per suā forma3: nō per suam mām: in reb⁹ aūt artificialibus nihil est hoc nisi per suā mām: nō per suā formā: ita ꝙ ferrū est hoc aliqd per formā ferri: ꝛ non per materiā eius. Sed securis est hoc aliquid solū per materiā. s. per ferrū. ¶ Scḋo notandū ꝙ ex dictis ph̄i ꝛ Cōmētato. s. ꝙ a forma nāli sumił nomē ꝛ diffō multi putauerūt ꝯuincere in eodē composito nō esse plures formas substātiales. Primo q2 idē haberet plura noīa sub̄alia: ꝛ plures diffōnes. Scḋo q2 remota aīa intellectiua ab hoīe: caro maneret vniuoce caro. si alia esset forma carnis: ꝛ forma ossis. Jō sustinēdo ꝙ in eodē sunt plures forme sub̄ales totales ꝛ portiales. ita ꝙ alia est aīa itellectiua: ꝛ alia sensitiua: alia est forma carnis: alia ossis: ꝯcedił in eodē esse plura noīa substantialia: ꝛ plures diffōnes: idē3. n. est hō ꝛ anīal rōnale per aīam itellectiuā: ꝛ est sub̄a aīata sensitiua per animam sensitiuā: partes aūt hōgenee sunt tales per vnā formā: vt caro ꝛ os. Et ptes etherogenee sunt tales per plures formas: vt manus: ꝛ caput: in qb⁹ reperił os ꝛ caro necessario diuersaru3 rōnū: ꝛ iste forme tam ptiales q̄3 totales tantā in se habēt vnitatē ꝙ ablata vna tollił altera: iō sublata aīa itellectiua: auferł aīa sensitiua: ꝛ q̄libet forma substātialis ossis vel carnis: ꝛ ecōuerso. Jō dicit Cōmēta. ꝙ cū auferł forma nālis: auferł indiuiduū substātiale: qḋ ꝯcedił: ꝛ ita desinēte aīa itellectiua: nō remanent alie forme: ꝛ cōsequenter nec caro: nec os: nisi equioce. ¶ Textus cōmen. 9.

¶ Considerare aūt in partib⁹ opȝ qḋ dcm̄ est.

Si. n. esset oculus aīal. aīa vtiq3 ipsius visus esset. Hic. n. substantia est oculi que est ꝑm rōnem. Oculus aūt materia visus est: quo deficiente nō est adhuc oculus nisi equiuoce: sicut lapideus aut depictus. Opȝ igił accipe qḋ est in parte in toto viuēte corpore. Proportionaliter nāq3 se hȝ sicut pars ad partē tot⁹ sensus ad totū corpus sensitiuū ꝑm ꝙ huiusmodi.

¶ Secūda cōfirmatio exēplaris est ista. Si oculus esset anīal: visus eius esset forma sub̄alis eius: q2 posito visu: ponereł oculus: ꝛ remoto visu: remouereł oculus. ergo per idē aīa est forma sub̄alis aīati: q2 posita aīa: ponitur ꝛ corp⁹ aīatū: ꝛ remota aīa: remoueł ꝛ corp⁹ aīatum: pȝ ꝯñia: q2 qualis est ꝑportio partis ad parte3: talis est ꝑportio totius ad totū: mō si aīa portialis in casu isto eēt forma sub̄alis partis: ꝯsilr̄ aīa totalis videł eē forma sub̄alis toti⁹. nā ea deficiēte: nō manet corp⁹ aīatum: nisi equioce: sicut deficiēte visu: nō remanet oculus nisi equioce: eo mō quo dicimus oculū depictū vel lapideū eē oculū. Lege lr̄a3 (Cōsiderare aūt in ptib⁹ opȝ qḋ dcm̄ e st. si. n. esset oculus aīal· aīa vtiq3 ipsius visus eēt. hic enī3). s. visus (sub̄stātia est oculi que est ꝑm rōnē). i. formā (oculus aūt mā visus est: quo deficiēte nō est adhuc oculus: nisi equiuoce: sicut) oculus (lapide⁹: aut depictus: opȝ ğ accipere qḋ est in parte: in toto viuēte corpore: proportiōaliter nāq3 hȝ sicut pars ad parte3) sic (totus sensus ad totū corpus) qḋ est sensitiuū (ꝑm ꝙ hȝ.) ¶ Notandū primo ꝙ Ar. in formādo has duas cōfirmationes exēplares: adducit exēpla artificialiū: ꝛ partiū anīalis: q2 forme artificiales sunt nobis magis note ꝑpter ꝑpinquitatē ad sensu3 q̄3 forme substātiales: ꝛ ideo ꝯuenienter rōnē aīe que est forma substātialis: per cōparatiōe3 ad formas artificiales: que sunt accidentia: manifestat: etiā partes aīe siue potētie eius manifestiores sunt quā ad nos q̄3 ipsa aīa: ꝓcedimus eni3 in cognitiōe aīe ab obiectis in actus: ꝛ ab actibus in potētias: ꝑpter quas ipsa aīa nobis innotescit. Unū ꝯueniēter etiā per partes manifestał ratio aīe: iō Cōmētator cōmē. 9. inqt ꝑportio visus ad oculū est sicut ꝑportio aīe ad corp⁹: ꝛ si visus cū deficit nō remanet oculus post nisi equioce: sicut oculus factus ḋ lapide aut formatus in pariete: q nō hȝ de itentiōe oculi: nisi figurā tantū: mōifestū est ꝙ aīa dȝ hr̄e talē dispōnē a corpore. s. ꝙ si ab eo auferł aīa: auferł nomē ab aīato: ꝛ nō remanet aīatū: nisi equioce. vbi gr̄a. cū oīs aīalitas fuerit ablata ab aliquo idiuiduo: aīal nō remāet nisi equioce: quapp̄ est aīa sub̄a: h̄ Cōmen. ¶ Secundo nōndū ph̄m inuere ꝙ deficiēte visu nō remanet oculus: nisi equioce: cū. n. visus vel potētia visiua sit accidēs. videł ꝙ deficiēte visu: remāeat oculus adhuc: sicut deficiēte auditu: adhuc remanet auris: ꝛ deficiēte olfatu: adhuc remāet nasus. ¶ Respo᷑ ꝙ ph̄s. nō simplr̄ loquił: ſ3 ꝯditiōalr̄: cū. n. dicit ꝙ deficiēte visu: oculus nō remāet: itelligit si oculus eēt aīal: ꝛ visus aīa ei⁹. Nā sic remota forma dolabre: nō vlteri⁹ remāet dolabra: si illa eēt corp⁹ physicū: q2 ei⁹ forma eēt forma sub̄alis: sic si oculus eēt aīal: ꝛ visus ei⁹ anīa: deficiēte visu deficeret oculus ꝛ aīal. Dicił tñ ꝙ oculus pōt duplr̄ cōsiderari. pᵒ substātialr̄: inquātū hȝ esse sub̄ale ab aīa: ꝛ sic deficiēte visu: adhuc remanet oculus. scḋo relatiue: inquātū est mēbꝝ organicū: ꝛ officiale: ꝛ sic deficit oculus deficiente visu: q2 ꝙ sit tale: hȝ a visu vel a potētia visiua. nā ipsa eēntia aīe nō pōt esse imediatū ꝑncipiū operationis visiue: ſ3 opȝ hoc fieri mediāte virtute visiua: ꝛ ita dr̄ de alijs: ꝙ

deficiente auditu: manet auris subaliter: ⁊ non relatiue organice ⁊ officialiter: ēt deficiente olfatu: manet nasus ſm suā subaʒ: ſʒ non ſm suū organicū officiū. ¶ T.c.10.

¶ Non est aūt id potentia viuēs qđ abiecit animam: sed id qđ ipsam habet. Semen aūt ⁊ fructus potentia huiusmodi corpus est. Sicut quidem igitur incisio ⁊ visio sic ⁊ vigilantia act⁹.

¶ 2ᵒ ꝓ. aīa est actus corporis viuentis in po^a non abycien te actū. ¶ Ista ꝓ probatur dupliciter. Et primo sic. corpus aīatum non est in po^a. eo mō quo semen: vl' fructus: sed eo mō quo cultellus: aut oculus: vel dormiens. ſʒ cultellus: oculus: vel dormiens est in po^a non abyciēte actū. Ergo corpus aīatum est in po^a non abyciente actū: ⁊ per ꝯñs ꝓ est vera. Prima ps aūtis declaratur. Nam semen vel fructus est sic in po^a ad vitā: ꝙ non hʒ vitam: sed pōt hře vitam: corpus aūt aīatum hʒ vitam. Ergo corpus animatum nō est eo modo in po^a: quo semen vel fructus. 2ᵃ pors etiam ondītur. Nam sicut cultellus non scindens ē solū in po^a ad incisionē: ⁊ oculus clausus est solum in po^a ad visionem: ⁊ hō dormiens est solū in potentia ad vigilantiam: Ita corpus animatū est solū in po^a ad opationē vitalem. 3ᵃ ps ꝯñtis est clara: qꝛ sicut cultellus est in potentia ad incisionem non abyciente actū acuitatis: ⁊ oculus est in po^a ad visionez non abyciente actū visus: ⁊ dormiens est in potentia ad actuʒ vigilantie non abyciente actū sensus: qꝛ adhuc habet omnes sensus: tam interiores: ꝙ̄ exteriores: ita corpus aīatum est in po^a ad vitalez opationem vegetationis: sensationis: aut intellectionis non abyciente actum aīe substantialē ⁊ informatiuum. L.c.li. (Est aūt non abyciēs aīaʒ potētia ens: vt viuat.) Construe sic. Ens vt viuat po^a non est abyciens animā: sed est aliqd qđ habens est animā (semen aūt ⁊ fruct⁹ potentia hō corpus est:) qđ non hʒ animā. (sicut quidē igitur incisio) est actus cultelli: ad quē cultellus ē in po^a (⁊ visio) est actus oculi: ad quem oculus est in po^a. (sic ⁊ vigilātia ē act⁹) dormiētis. ad quē dormiēs ē ī po^a. ¶ Ex qb⁹ seqtur ꝙ vitalis opatio est actus corpis animati: ad quē ipsum corpus aīatum est in po^a. ¶ Tex.com.10.

¶ Ut aūt visus ⁊ potentia organi. aīa. Corpus aūt qđ potentia est. Sed sicut oculus pupilla: ⁊ visus: ⁊ ita anima. ⁊ corpus animal.

¶ 2ᵒ arguitur sic. ita se hʒ aīa ad corpus viuēs. sicut visus ad pupillam: ⁊ gnālr quelibet po^a organica ad suum organum: sed visus est actus pupille: ⁊ generaliter quelibet po^a organica est actus sui organi: in po^a non abycien te actum: ꝙ̄ anima est actus corporis viuentis in po^a non abyciente actum: pʒ ꝯña cuʒ maiori. qꝛ sicut ex visu ⁊ pupilla fit oculus: ⁊ gnāliter ex po^a cognitiua ⁊ suo subo fit organuʒ: ita ex corpe ⁊ aīo fit aīal. minor vero est nota ex dictis: qꝛ po^a oculi non abycit actum pᵐ: qui est visus. ſʒ secundum: qui est visio. Sicut po^a auris nō abycit actū primū: qui est auditus: sed auditionez que est actus secūdus. Le. litteram. (Ut aūt visus) se habet ad pupillam (⁊ potentia organi) ad organuʒ: ita (anima) ad corpus: (corpus aūt) habens actuʒ primū qui est anima. Est illđ (quod po^a est) ad actuʒ secūdū: qui est vitalis operatio. (Sʒ sicut oculus ē pupilla ⁊ visus: ita aīa ⁊ corpus aīal) ¶ Iste ꝓpōnes sunt intelligende in ꝑdicatiōe causali: ⁊ non idētica. i. oculus est ex visu ⁊ pupilla. ⁊ aīal est ex corpore: ⁊ aīa. ¶ Notandū ſm cōmentatorē cōmento. 10. ꝙ sicut abscindere in securi: ⁊ aspicere in oculo sunt postreme ꝑfectiones illaꝝ reꝝ: ita vigilia est postrema ꝑfectio animalis sensibilis. ⁊ manifestū est ꝙ proportio abscisionis ad instrm̄ qñ abscindit. ⁊ aspectus ad oculum quādo aspicit est sicut proportio actionis sensus ad animal: i. vigilia: vigilio. n. est vsus sensuum: ⁊ sicut visus qñ aīal non vtitur ipso dicitur po^a qua oculus videt: ita dicimus ꝙ anima est po^a qua aīal viuit: qñ aīal non agit illas operationes anime: corpus aūt aīalis est illud qđ recipit istam potentiam: aut illud qđ dicitur istam virtutem habere: ⁊ dicitur po^a. qꝛ quandoqʒ agit: ⁊ quādoqʒ non agit: ⁊ dicitr̄ potentia in tpe in quo non agit. ¶ Ex isto cōmento seqt̄ primo. ꝙ vigilia non semper sumitur stricte pro opatione opposita dormitioni. sed aliqñ large pro omni opatione 2ᵉ potentie sensitiue. ⁊ ita est ꝯcedendū hoīeʒ vigilare quando dormit somnians. ¶ 2ᵒ sequitur ꝙ non soluʒ subiectuʒ forme est in po^a ad actū 2ᵐ. sed ēt ipsa for^a ē in potentia ad illum: qꝛ sicut subm̄ est aptū natum recipere actum scđm. ita forma apta nata est producere illū. ¶ 3ᵒ sequitur ꝙ taʒ forma subalis ꝙ̄ accidentalis est actus: ⁊ potentia. est. n. act⁹ respectu sui subiecti: ⁊ potentia respectu operationū vitalium. nec opponuntur actus ⁊ potentia respectu eiusdem relati ad diuersa. ¶ Quarto sequitur ꝙ actus prim⁹ siue fuerit forma subalis. siue accidentalis est in actu ⁊ in potentia re^u act⁹ secūdi: sed non respectu eiusdem: nam aīa est in actu respectu sensationis actualis: ⁊ in potentia respectu sensationis potentialis. Similiter visus est in actu respectu visionis pñtis. ⁊ ī potentia respectu visionis future. Ita ꝙ ſm cōmentatorē: potentia dicit̄ proprie respectu futuri. ⁊ nō respectu presentis. ¶ Textus.cō.xi.

¶ Quare quidem igitur non sit anima separabilis a corpore: aut partes quedaʒ ipsius: si partibilis apta nata est: nō immanifestum est. Quarūdam enim actus ꝑtium ipsarū. At vero ſm quasdaʒ nihil ꝓhibet: ꝓp id ꝙ nullius corpis sunt act⁹.

¶ Ex ꝑdictis Ar. infert duo correlaria. Primum. ꝙ aīa ſm aliquas potentias est inseparabilis a corpe. ⁊ ſm aliquas est separabilis a corpore. pʒ. qꝛ alique potentie aīe sunt subiectiue in corpore: vt visus ⁊ auditus. ⁊ aliq̄ non sunt subiectiue in corpore: vt intellectus ⁊ voluntas. Lege litteram. (Quare quidem igitur aīa non sit separabilis a corpore: aut partes quedam ipsius. si) pro qꝛ (partibilis apta nata est: nō immanifestuʒ est: quarūdam. n. actus portium) est (ipsarū). i. aliqua pars est actus corporis (at vero ſm quasdaʒ) potentias (nihil prohibet) animā a corpore separari (ꝓp illud ꝙ nullius corporis sunt actus.) ¶ Notandū ſm cōmentatorem. cō. xi. ꝙ quedam virtutes anime sunt perfectiones ꝑtium corporis: scđʒ ꝙ forme naturales perficiunt māʒ. i. ꝙ tale īpossibile est vt sit abstractū ab eo qđ perficitur. alique. n. potētie sunt subiectiue in corpore. ⁊ non in aīa vt sensus interiores: ⁊ exteriores. Alique sunt subiectiue in anima: ⁊ non ī corpore: vt potentie rōnales: sicut est intellectus: ⁊ voluntas. Alique vero sunt subiectiue in anima ⁊ in corpe: vt potētia vegetatiua: ⁊ sensitiua: ꝑus tñ in aīa ꝙ̄ in corpore. naʒ cum ille sint proprietates aīe demonstrabiles de illa. dicāturqʒ virtutes organice: oʒ illas de necitate tā ī corpe organico: ꝙ̄ in aīa subiectiue fundari. ¶ Textus.c.xi.

¶ Amplius aūt immanifestum si sit corpis actus aīa sicut nauta nauis. Figuraliter quidem igitur sic determinetur. ⁊ describatur de anima.

¶ 2ᵐ correlarium nondum habitum est si anima ē actus inherens: vel informans: aut actus appropriatus. pʒ. naʒ ponentes animā esse in corpore. sicut nautam in naui. dicunt illam esse actum primum corporis physici potentia

vitam habentis: et ex hoc non dicunt illā informare corpus. aut illi inherere: sed nōdum habitum est de aīa: nisi ꝙ est actus primus ⁊c̄. ergo de ea nōdū habitum ē. vtrū sit actus inherens: vel informans: aut appropriatus. Lege litterā. (Amplius aūt īmanifestū si sit corpis act⁹ aīa. sicut nauta nauis.) aut sicut intelligentia orbis. ad mo^m platonis ponentis aīam coniungi corpori: sicut nautā nauı: ⁊ motorē mobili. ⁊ pñter Ar. epilogando circa diffōnez aīe dicit (Figuraliter gdez ⁊c̄.) .i. exēplariter vl' vlr (Sic determinet: ⁊ describat de aīa.) dicēdo. aīa est act⁹ primus corporis physici po⁹ vitam hñtis. Ista diffinitio est cōmunissima. qꝛ cōperit ꝯuertibiliter aīe in cōi. ⁊ nulli aīe in spāli. Est et exemplaris. qꝛ non nisi pro exemplo introducta. Nā ꝙ aīa sit actus primus ꝓbatū est exēplariter p habitū sciē. qui est actus primus oīe. ⁊ ꝙ sit forma sūbalis. probatū est per exēpla artificialiū ⁊ prinꝫ aīalis. vt patuit. ❡ Contra istā diffōnem arguit. ⁊ p̄ ꝙ illo diffō non est hic assignanda qꝛ nulla diffinitio dyaletica ⁊ vana est hic assignanda. sed hec diffinitio est dyaletica ⁊ va-

T. c. xi. na. ergo ⁊c̄. pꝫ ꝯñia cum maiori. p Ar. in prologo minor vero declarat: illa diffō ē dyaletica ⁊ vana. que est equiuoca ⁊ vult cōmentator ī prologo. sed hec diffō est equiuoca fm cōmentatorem hic. cō 1z. Item Ar. vr̄ innuere in prologo diffōnem cōissimō aīe non esse hic assignādā. ❡ Scdo arguitur. ꝙ hec diffō ē extranea diffinito. qꝛ dē diffinibile diffinitur per suū genus. vt colligitur de intētione Ar. 6. topicoꝝ. Sed anima hic nō diffinitur p suū genus ḡ ⁊c̄. minor declaratur. nam aīa est de predicamēto substantie. ⁊ actus est de predicamento relonis oppositus potentie. aut ē transcendēs diuidens ens. Item genus in diffōne dicit materiā. ⁊ differētia formaꝫ. fm porphyrium in vlibus. ⁊ Linco. p̄ posterioꝝ. sed actus dicit formā. ⁊ corpus māꝫ. ergo illa diffinitio est extranea. patet ꝯñia. qꝛ actus ponitur loco generis. ⁊ corpus loco differentie. ❡ 3° arguitur. ꝙ hec diffinitio non conuertitur cum diffinito. qꝛ quelibꝫ intelligentia applicata orbi est actus primus sui orbis. qꝛ celū non hꝫ vitam nisi per ītelligentiaꝫ applicatā ei. ⁊ p ꝯñs est actus primus corporis physici potentia vitā hñtis. tamen nō est aīa. qꝛ quelibet

T. c. iz. operatio anime depēdet a corpore fꝫ phꝫ in prologo. ī nō non quelibet operatio intelligentie dependet a celo. cuꝫ sit virtus abstracta ⁊ sepata a corpore. Iteꝫ forma substātialis oui vel seminis est actus primus corporis physici po⁹ vitam hñtis. cuꝫ illud corpus non hēat vitam. sꝫ habebit vitā. ⁊ tamen forma seminis aut oui nō est anima. cū non sit vegetatiua. sensitiua. nec intellectiua. ❡ 4.° arguitur. ꝙ hec diffō ē superflua ⁊ nugatoria ipsi diffinito. p̄ qꝛ superflue ponitur ly potentia. cū oīs anima sit actus primus corporis physici habentis vitaꝫ. ⁊ eꝫ. Secundo qꝛ superflue ponitur ly physicū. cuꝫ oē corpus sit corpus physicū: ⁊ econtra. nā omne corpus est naturale vel mathematicum: sed oē corpus naturale est phisicū. ac etiaꝫ oē corpus mathematicū cuꝫ sit de consideratione physici. ḡ ⁊c̄. Item si anima est actus corporis: aut ergo de p̄dicamento quantitatis: vel substantie: non de predicamento q̄ntitatis. qꝛ tale est accidens nō potens subiici substō-

T. c. 8z. tie. p Ar. primo phys. nec etiā de predicamento sube. qꝛ materia prima est subꝫ oīuꝫ formaꝝ sūbaliū: primo ō ge-

t. c. z4. neratiōe: ⁊ cōmentator dixit supra. ꝙ forma substātialis aduenit enti in potentia. ❡ Ad p̄^m dicitur. ꝙ hec diffinitio non est vana. ⁊ cū dicitur ꝙ est equiuoca: conceditur equiuocatione non tollente vnitateꝫ forme gnīce: eo mō quo dicimus. oē genus esse equiuocū: non quideꝫ simplr: sed per respectū ad formā spēi specialissime. Illa ḡ diffinitio est vana que includit equiuocationē tollentem oīno

vnitatē forme diffiniti: sicut esset diffō canis. ⁊ hec est intentio Ar. ⁊ cō. sed hec diffinitio si est equiuoca aliq̄ mō. non tamen est vana pp cāꝫ iaꝫ dictaꝫ. Et ad phꝫ dico. ꝙ ipse non innuit non dandā esse diffōneꝫ cōeꝫ anime. sꝫ nō dandaꝫ esse cōeꝫ sine propria ⁊ speciali: qꝛ cōis sine ꝓpa non distincte duceret in notitiaꝫ cuiuscunqꝫ oīe. ❡ Ad secundūꝫ dicitur p̄mo. ꝙ licet oīs diffō pure quidditatiua detur per genus diffiniti. non tñ oīs diffō exprimens qd noīs. vt pꝫ cōiter de diffōnibus accñtiū in concreto. modo hec diffinitio non est pure quiditatiua. sed exprimēs quid nōminis data p additamenta. Secundo dicitur ꝙ sicut scientia fm esse absolutum est de predicamento q̄litatis. ⁊ fm esse respectiuū de predicamento relationis. vt asserit phs in predicamentis. ita aīa fm esse absolutū est de p̄dicamēto sube. ⁊ sic non est de ꝯsideratiōe physici: sed methaphisici. ⁊ fm esse respectiuū habēdo respectuꝫ ad corpus vel ad motū est de predicamēto relonis. ⁊ sic potest diffiniri per actū predicamenti relonis tāq̄ p suū genus. Tertio dicitur. ꝙ licet nihil diffiniatur per transcendens diffōne pura q̄ditatiua. tñ aliqd diffinitur per transcendens diffōne exprimēte quid nominis. vt albuꝫ est res habens albedinē. ⁊ ita non inconuenit animaꝫ diffiniri per actuꝫ diuidentem ens. Et tamen nemo cogitur dicere. qꝛ sicut nihil diffinitur per corpus cōissime sumptū. sed per corpus vniuocatū in predicamento sube vl' accidentis. ita anima non diffinitur p actū transcendenter sumptū. sed per actū vniuocuꝫ predicamenti relonis. Quarto dicitur ꝙ lꝫ in diffōne pure quiditatiua gen⁹ dicat māꝫ. ⁊ differentia formā. tñ in diffōne data per additamentum cōtingit contrariuꝫ. p Ar. 7. metha. Sicut enī

t. c. 34. dr̄. simus est curuus nasus. aut simitas est curuitas nasi. genus dicit formā. ⁊ differentia māꝫ. cuꝫ nasus sit subm simitatis ⁊ curuitatis. Et ita dicit de anima. ꝙ non incōuenit genus sue diffōnis tenere locū forme. ⁊ differētiaꝫ locuꝫ materie. ex quo est diffinitio exprimens quid noīs data p additamenta. ❡ Ad 3^m respōdetur ꝙ quelibꝫ intelligētia applicata celo ē aliquo mō aīa celi. Et ad phꝫ in prologo dr̄ ꝙ loquebatur de anima simpliciter actuāte corpus. s. per inherentiā vel informationē. sed intelligentia actuat celuꝫ solū per presentiaꝫ ⁊ īdistantiam ī genere cāe final'. De forma autem oui. aut seminis dr̄ ꝙ sicut ista non est aīa. ita non est actus corporis viuenti ī potentia. ad ītellectum Ar. nam ꝙ aliquod corpus habeat vitam ī po° ītelligitur duplr̄. vt innuit Ar. ī secunda cōclusione. vno modo qꝛ non habet vitam: sed potest habere vitaꝫ. vt semen vel fructus. Alio modo. qꝛ habet vitam ī actu potentialeꝫ ad operationes vitales. vt oculus clausus. vel homo dormiens. ⁊ ita ītelligit Ar. in sua diffōnē. modo semen vel ouū non habet isto modo vitaꝫ ī potentia. Ex qbus sequitur ꝙ ly potētia potius dꝫ esse determinatio illius termī vitoꝫ. q̄ꝫ illius termini corporis physici. vt innuit superius cōmentator di. actuꝫ esse actuꝫ ⁊ po-

Cō. io. tentiaꝫ: ita ꝙ ly vitam supponat pro vita substātiali absolute. ⁊ ly potentia supponat pro eadeꝫ vita relatiue cōnotando vitam accidentalē que dr̄ esse operatio vitalis anime. vbi tamen qs vellet potentiaꝫ determinare corpus physicuꝫ. dicat fm Ar. ī fra. ꝙ duplex est potentia. s. propinqua que est coniuncta actui primo. ⁊ remota que ē coniuncta pure priuationi. De qua non loquitur Aris. in diffōne. sed de potentia propinqua. que non reperitur in ouo. aut ī semine coniuncta vite. cuꝫ nulluꝫ illoruꝫ hēat vitaꝫ. que sit actus p̄mus vel secundus. ❡ Ad quartum dr̄ ꝙ non superflue ponitur potentia ī diffōne. lꝫ diffō sine illo conuertatur cum diffinita. qꝛ homo ⁊ aīal rationale inuicem conuertuntur. ⁊ tamen nō superflue ponit bea

tificabile in diffõne hominis: qꝛ dicit cām finalē. qđ non dicit aĩal nec rõnale. ita in proposito ly potentia. dicit cāz effectiuam: ly habentis vitam. cām finalez: ⁊ ly corporis physici. cām materialē: ⁊ ly actus primus. cāz formalem: cum ergo iste cause sint diuerse: non superflue ponit̃ aliquod illoꝝ: ⁊ consequenter negatur ꝙ oē corpus sit corpus phisicū: qꝛ corpus artificiale non est corpus physicū: vt patuit cō. 8. ēt corpus mathematicū nō est corpus physicum: lz sit de consideratione physici. qꝛ corpus mathematicum est accidens: ⁊ corpus physicum est substantia. Deinde cum arguit̃ si anima est actus corporis: ergo de predicamento sube vel quātitatis: posset negari ꝯn̄ia de forma. dicendo ꝙ non oē corpus est de altero illoꝝ duorũz predicamentoꝝ: ꝑꝑ corpus artificiale. qꝛ rõne forme ponit̃ in quarta spē qualitatis: conceditur tñ ꝙ anima ē actus corporis de predicamēto sube: non obstante ꝙ materia prima sit subz oĩuz formaꝝ subaliuz. Unde anima est actus mãe per inherentiaz vel informationē: etiā est actus corporis completi d̄ ꝑdicamēto sube ꝑ denominationez specificā ⁊ essentialē. ēt est actus corporis incompleti. s. cōpositi ex materia ⁊ formis elementoꝝ: si ille sũt formaliter ĩ mixto ꝑ pñtiam ⁊ indistantiaz in genere cāe finalis. Unde duplex est corpus predicamenti sube. s. ꝑ se: ⁊ ꝑ accidens. corpus predicamenti sube per se est compositum ex materia ⁊ vltima forma subali. Corpus vero ꝑ accñs eiusdem predicamenti est compositũ ex materia ⁊ forma substantiali potentiali ad vlteriorez formaz.


¶ Notandũ scd̃m Egydiũz ꝙ corpus positũz in hac diffinitione non supponit pro composito subali: sed pro altera parte: qꝛ cũ anima sit pars cōpositi substantialis: idem poneretur in diffõne suupsũus: iste modus loquendi deficit in duobus: primo qꝛ altera pars cōpositi non est corpus: non ponendo ĩ mixto formas subales elementoꝛũz: sicut ipse non ponit. ¶ 2°. qꝛ frustra poneretur ly vitam. in diffinitione anime: ex quo supponit pro anima. Dicit̃ ergo ꝙ si elementa sunt ĩ mixto ly corpus pōt indifferenter supponere pro corpore completo: ⁊ pro corpore incōpleto. qđ est altera pars. Nec ex hoc sequitur diffinitum poni in diffõne sua: qꝛ homo ⁊ aĩal rõnale supponit ꝓ eodem: ⁊ tamen homo non ponitur in sua diffinitione: cuz dicitur homo est aĩal rõnale. Si aũt elementa non ponũtur ĩ mixto: dicatur ꝙ ly corpus. soluz supponit pro composito: qꝛ altera pars nō est corpus: cuz sit prima mã. Ex quibus sequitur diffõnē aĩe hic traditam a phō esse optime assignataz: quoniaz ipsa conuertitur cũz suo diffinito exprimendo naturaz eiusdez per omnia quattuor genera cāꝝ: ꝑ illaz etiaz distinguit̃ aĩa a quolibet alio. Nam primo per actũ anima differt a materia. qꝛ anima ē act⁹: ⁊ materia non est actus. sed potentia differt etiam a composito: qꝛ ipsũz non est actus: sed in actu per formaz. Secundo per actũ p̄mũ anima differt ab actibus scdis. qui sunt motus ⁊ operationes vitales. Tertio per actũ p̄mũ corporis anima distinguitur a scientia ⁊ aliꝭ habitibus moralibus: qui sunt actus primi anime. ⁊ non corporis. Quarto per actũz primũ corporis physici: anima distinguitur ab actibus primis corpoꝝ mathematicaliũz ⁊ artificialiũz quoniā illud corpus cuius anima est actus nō est mathematicũz: nec artificiale. sed naturale. Quinto per potentia vitaz habentis: distinguitur anima a forma seminis: fructus: vel oui: qꝛ nullũ istoꝝ habet vitam potentialē: sed simpl'r priuatur vita: tam subali q̄z accidentali: lz q̄zlibet illarũz possit habere. Sexto per totaz diffinitioēz anima distinguitur a quibuslibet formis. tā substantialibus: q̄z accidentalibus corpoꝝ inanimatoꝝ. qm̄ non est aliqua talis forma: cũ non deficiat aliqua particula dicte diffõnis. ⁊c.

¶ Tex. cō. 12.

Quoniam aũt ex incertis qdem. certius autez fit qđ ⁊ ſm rõnem notius. Tentandum est iterum sic aggredi de ipsa. Non. n. solum. qꝛ opz diffinitiuaz rõnem ostendere: sicut plures terminoꝛũ dicũt: sed ⁊ cām inesse ⁊ demonstrare. Nunc aũt sicut conclusiones rõnes terminorum sunt. Ut quid ē tetragonismus. Equale altera parte lōgiori orthogoniũ esse equilaterale. Talis aute terminus rō ꝯclusionis. Dicens aũt qm̄ tetragonismus est medie inuentio rei cām dicit.

¶ Istud est 2m capitulum huius primi tractatus. in quo Ar. venatur diffõnem propriam aĩe: postq̄z demonstrauit diffõnez cōmunissimā anime: que licet ex dictis a posterioꝛi: ⁊ a signo fuerit nota. fiet tamen notior demōstratione a prioꝛi: per istaz diffõnez anime dicentez ꝓꝑ quid. Et diuiditur istud capitulũ in tres partes p̄ncipales. In prima facit quod dictum est. In secunda compat partes diffõnis proprie ad se inuicē: ⁊ ad diffinitũ: qđ est anima: ibi (Utrũ aũt vnũqđqz.) In tertia vero manifestat possibilitatez dicte demonstrationis: ibi (Qm̄ autem quo viuimus.) Prima pars diuiditur in duas partes. Nam in primo ponit phūs vnā supponem. In secunda exequit̃ de intento. ibi (Dicamus ergo principiũ.) Quantum ad primũ sit hec suppō: non solum per diffõnē dicentem: qꝛ demonstratur diffinitio ꝓpter quid. sed etiā econtra: per diffõnez dicentem propter quid demonstratur diffō dicens. qꝛ ista suppō declaratur ex dictis in 2° posterioꝛũ. Nam diffō propter quid est ista. que datur per causaz ꝓpriā ⁊ imediataz: vt animal rationale respectu hominis: sed diffinitio dicens qꝛ: dupliciter datur. aliquando ꝑ effectuz: vt animal risibile respectu hominis: ⁊ aliquando per causam remotaz: vt substantia animata sensitiua respectu hominis. dr̄ enim diffō eius. sed remota cum non conuertatur cuz isto diffinito nec sit propria causa eius. His intellectis patet prima pars supponis. qꝛ animal rationale est demonstrabile de homine per animal risibile. isto modo. omne animal risibile est animal rationale: sed oīs homo est aĩal risibile. ergo oīs homo est animal rõnale. Eadem diffō ēt potest demonstrari per causaz remotam nō affirmatiue: sed negatiue. Unde non si aliqđ est substantia animata sensitiua. illud est animal rõnale. Sed bene. si aliquid non est substantia animata sensitiua. illud non est animal ratiõale. Unde potest sic formari demonstratio: omnis non suba animata sensitiua ē nō animal rationale: omnis lapis est non substantia animata sensitiua. ergo omnis lapis est non animal rationale. Secunda pars supponis etiam declaratur ĩ eisdem terminis: quoniam animal risibile demonstratur a p̄ori ꝓpter qđ per animal rõnale. isto modo. omne animal rõnale est animal risibile: omnis homo est animal ratiõale. ergo omnis homo est animal risibile. Ar. tamē ponit exemplum in mathematicalibus: di. ꝙ tetragonismus. i. quadratuz habet duas diffõnes. quarũ vna est dicēs qꝛ. hec. s. figura equalis ortogonio altera parte longiori. i. figura equalis quadrangulo. Et altera propter quid: vt inuentio mediꝫ proportionalis: ⁊ per hanc tāq̄z per cām altera demonstratur isto modo: omnis figura resultans ex medio proportionali est figura equalis orthogonio altera parte lōgioꝛi. sed tetragonismus est hꝫ. vt probatur et demonstrat̃. 6. ⁊. 7. euclidis. Igitur tetragonismus est fi

gura equalis ortogonio altera pte lõgiori. Lege litterã. (Quoniã aũt ex incertis gdez) nihil fit notius (certius aũt fit qð) est certuz: τ hoc est (ſm rationez) diffinitiuã p aliqd (notius. tentanduz iteruz est ſic aggredi de ipſa) anima: demonstrando diffinitionez cõez dicentez: pp qd (non eniz ſoluz φ qz est) .i. diffinõne dicentem. qz (opz diffinitiuaz rõnez) dicentem pp qd (ostendere) .i. demonstrare. (ſicut plures terminoꝝ dicũt) .i. ſicut plures diffinitiones declarant. (Sed et cãz) diffinitiuaz dicentez propter quid necesse est ostẽdere (in esse) ſubiecto. (Et demonstrare) diffinitionez dicentez. qz (nunc autem ſicut concluſiones rationes) .i. diffinitiones (terminoꝝ ſunt.) Unde diffinitiões dicentes: qz. dicuntur terminorum: qz explicant qd per terminũ importat̃. τ dicunt̃ cõcluſiones: nõ formaliter ſed virtualiter. qz concluſiõalr demonstrãtur (Ut quid est tetragoniſmus) Prima diffinitio est iſta (Equale altera pte longiou orthogonũ eẽ equilaterale.) Construe ſic. Orthogonũ eẽ equale figure altera parte lõgiori est vna diffinitio tetragoniſmi (Talis autem terminus) est (ratio) .i. diffinitio (cõcluſiõis. dicens aũt) diffinitionẽ 2^am^. (Qm̃ tetragoniſmus ẽ medie inuẽtio rei: cauſaz dicit) propter quid: demõstratiuã prime diffinitionis. ¶ Notandũ primo: φ orthogonum est figura quattuor anguloꝝ rectoꝝ. Unde orthogonum dicitur ab orthos grece qð latine dr̃ rectũ: τ gonos qð latine dicitur angulus. Unde orthogoniz .i. figura habẽs quatuor angulos rectos. Et hec diuidit̃. quoniaz figuraruz habentiuz quattuor angulos rectos quedam hz oĩa lateralia equalia: τ dr̃ quadratuz τ tetragoniſmus. vnde tetragoniſmͧ dr̃ a tetra grece: qð latine dicitur quatuor: τ gonos grece: qð latine dicitur angulus. Unde tetragoniſmus est figura habens quattuor angulos: τ quoniam stricte ſumimus dicimus tetragoniſmũ figuraz quatuor lateꝝ equaliuz. Aliqua vero ẽ figura quatuor angulorũ rectoꝝ: non oĩuz lateꝝ equaliũ: ſed per. al'. ſemper omnia opposita equalia: τ oĩa imediata ſunt inequalia: τ talis figura dicitur quadrangulus. Iſtis duabus figuris respondent duo numeri: quoꝝ vnus dicitur quadratus: τ alius quadrãgularis: numerus quadratus est ille qui resultat ex ductu alicuius numeri in ſeipſuz ſemel: vt. 4. 9. 16. naz bis duo faciunt quattuor: τ ter tria nouez. τ quater quattuor. 16. Numerus vero quadrangularis est ille q resultat ex ductu numeri in maiorẽ vel minorez: vt. 6. 8. 12. nã bis tria: τ ter duo faciũt ſex. ſimiliter bis quattuor. τ quater duo faciunt. 8. etiam ter quater. τ quater tria faciunt 12. ex quibus ſequitur φ aliqs numerus quadratus ẽ numerus quadrangularis: qm̃ idem numerus resultat ex ductu alicuͦ numeri in ſeipſuz: τ ex ductu numeri ĩ aliũ numerũ: vt. 36. resultat enim hic numerus ex ductu numeri ſenarij ĩ ſeipſum. qz ſexies ſex facit. 36. τ resultat ex ductu quaternarij in numeꝝ: vt. 9. qz quater nouẽ faciũt 36. ergo idez est numerus quadratus τ quadrangularis. ¶ Secundo notandũ. φ ad inueniendũ numeruz quadratuz equalez numero quadrãgulari: nihil aliud debet fieri: niſi ſumere duos numeros inequales. τ inter ipſos inuenire vnũ mediũ proportionale: ita φ tanta ſit pportio primi ad ſecũdũ: quanta ſecũdi ad tertiũ: τ tunc illud quod resultat ex ductu primi ĩ tertiũ est equale illi quod resultat ex ductu medij in ſeipſuz: verbi gratia ſumãtur primo. 9. τ. 4. deinde mediuz proportionale. qð est. 6. tũc iſti termini. 9. 6. 4. ſunt inuicem ꝯtinue proportionales: pp equalitatez proportionis. naz quanta est proportio. 9. ad. 6. tanta est proportio. 6. ad quattuor. qz continue est ſexquialtera proportio. τ certũ est φ ſi ducant̃ quatuor ĩ nouez fiunt. 36. τ econtra. eo φ quater nouẽ: τ nouies. 4. faciunt. 36. τ ita resultat idez numerus vel equalis ducẽdo ſex in ſeipſuz: vt ostenſuz est. Cuz ergo dicit phs φ q̃dratuz est inuentio medij proportionalis .i. inuentio medij termini proportionalis inter duos extremos. ex qbͧ resultat numerus ſilis τ eq̄lis numero q̃drato. Et ex hoc põt demonstrari φ numerus q̃dratus est equalis numero q̃drangulari p inuentionẽ medij proportionalis iſto mõ. oẽ resultans ex medio proportionali inter duo extrema ducto in ſeipſuz est equale resultanti ex ductu extremi in extremũ. ſed numerus quadratus resultat ex meͦ proportionali inter duo extrema ducto in ſeipſum. τ numerus quadrangularis resultat ex ductu extremi in extremũ. ergo numerus quadratus est equalis numero q̃drangulari. ¶ Ex iſtis ſeqtur φ quelibet figura quadrata est equalis alicui figure quadrãgulari. Naz capiatur vnũ q̃dratũ cuius. b. ſit vna costa longitudinis: vt quattuor. τ vnus q̃drangulus: cuius. a. ſit vna costa de maioribus lõgitudinis: vt. 8. τ. c. altera costa de minoribus lõgitudĩs. vt. 2. Iſto poſito arguitur ſic. qualis ẽ proportio a. ad. b. talis ẽ pportio. b. ad. c. qz vtrobiqz proportio dupla. ſed resultans ex ductu. b. in ſeipſuz est figura quadrata. qz quater. b. faciunt q̃dratũ. ergo resultãs ex ductu. c. in. a. est figura equalis q̃drato: ſed ex ductu. c. in. a. resultat figura q̃drangularis. ſicut ex ductu binarij in octonariũ resultat numerus quadrangularis. g̃ figura q̃drata ẽ equalis figure q̃drangulari. τ ita põt probari de oĩ q̃titate continua. qz quelibet q̃drata est eq̄lis alicui q̃drangulari ſemper per inuentionez medij proportionalis. ¶ 3ͦ notanduz. φ ad inueniendũ in q̃ntitatibus ꝯtinuis mediuz proportionale inter quantitatez maiorez τ minorẽ: dz describi figura quadrangularis. a. e. τ minor linea que ſit. b. d. addi. linee maiori. ita φ cõstituat̃ linea. a. b. d. ſupra quã ducatur ſemicirculus: τ a puncto. b. trahatur. b. c. linea. vſqz ad circũferentiam ſemicirculi: tunc vt probatur. 6. geometrie linea. b. c. est media rei inuẽtio. id est medietas proportionalis inter lineam. a. b. τ. b. d. Ita φ quanta est proportio linee. a. b. ad lineam. b. c. tanta est proportio linee. b. c. ad lineam. b. d. ſed vt in eodez pbat̃ quotienſcunqz ſunt tres linee proportiõales: illud qð resultat ex ductu pme ĩ tertiã: est equale ei qð fit ex ductu medij ĩ ſeipſaz: q̃dratũ ergo. c. f. qð fit ex ductu. b. c. in ſeipſã: ẽ linea media: eq̄le q̃drãgulo. a. e. qð fit ex ductu a. b. linee pme. i. b. d. vl' i. b. e. eq̄le ſibi q ponebat linea 3ª.



¶ Intelligit ḡ phs. φ oñdẽs tetragoniſmũ .i. quadratũ eſſe quoddã orthogoniũ rectangulũ equilatere .i. habẽs quatuor latera equalia: equale figure altera parte lõgio

dum passionis in subo suo: modo figura nō est quātitas:
cū sit qualitas quarte speciei: sed est passio quātitatis: p
contactum terminate. Ita q̄ ex linea non habente prin
cipium τ finem nisi in potentia: resultat figura circula
ris: τ ex duabus lineis se ꝯtangentibus in extremitatib⁹:
resultat figura arcualis: τ ex tribus se in extremitatibus
contangentibus resultat figura triangularis: τ sic conse
quenter de alijs dicatur. Mathematici tamē nō curan
tes de distinctione p̄dicamentoꝝ: concedunt lineam cir
cularem esse circulum: τ econtra: cōius sumentes figurā
q̄ꝫ Ar. in predicamentis. ¶ Unde sicut scīa cōissime sū
pta dicitur de substantia τ accidente. s. de scīa dei τ de sci
entia nostra: stricte tamen τ vniuoce sumpta non dicitur
nisi de accidente p̄me speciei q̄litatis: ita figura in maxi
ma cōitate sumpta dicitur de quātitate: τ de qualitate: τ
de omni eo qd̄ termino vel terminis clauditur: sumpta
aūt vniuoce τ stricte: non dr̄ nisi de qualitate q̄rte speī:
fluente imediate a q̄ntitate terminata per ꝯtactū: τ sic ista
propositio est impossibilis in predicatione idemptica.
circulus est linea circularis: sicut illa: albedo ē res alba:
in predicatione tamē causali ista est concedēda ad hunc
intellectum: circulus est in linea circulari: vel ex linea
circulari. ¶ Textus cōmenti. 30. τ 31.

¶ Unde ridiculum est querere cōmunem rōnē in his τ in alteris que nullius erat eorum que sunt ꝑpria ratio: neqꝫ scd̄m propriam τ indiuiduam speciem dimittentes huiusmodi.

¶ Similiter aūt se habent ei qd̄ de figuris est. τ que scd̄m aiam sunt. semper enim in eo qd̄ est consequenter est in potētia qd̄ prius est in figuris τ in animatis: vt in tetragono quidem trigonum est: in sensitiuo autem vegetatiuum: quare est scd̄m vnūqdqꝫ querēdū que vniuscuiusqꝫ aīa: vt que plante: τ que hōis: aut bestie.

T. c. 31.

¶ Tertia ꝯclusio: habita diffinitiōe cōi. adhuc est inuesti
gāda diffōo pticularis: ista ꝯclusio ponit̄ ꝑ tāta: qz sicut ri
diculū est assignare cōem diffōnē: siue sit aīe: siue alteri⁹:
nulli singulari τ pticulari ꝯpetētem. Sic ridiculū est ha
bita diffinitione cōmuni competēte singularibus τ par
ticularibus. nō inuenire specialem sub illa contentā. pro
batur. nam sicut est in figuris: sic est in anima: sed in figu
ris non assignatur diffinitio cōmunis sine ꝑpria τ spāli.
ergo consimiliter in anima non est assignanda diffinitio.
cōmunis sine ꝑpria τ speciali. tenet consequētia. cū mi
nor: qz preter diffinitionem cōem figure: alia est diffini
tio circuli: alia trianguli: τ alia quadrāguli: maior est ma
nifesta: quoniā sicut tetragonū presupponit trigonum: τ
ipsum includit sic sensitiuū presupponit vegetatiuum: τ
ipm includit. nam sicut trigonū dicit̄ esse potētialiter et
virtualiter in tetragono. ita vegetatiuū in sensitiuo. Ex
quo infert Ar. q̄ sicut preter diffōnem cōmunē figure
assignatur trigono τ tetragono propria diffinitio: ita pre
ter diffinitiōem cōmunē anime: assignanda est plante:
bestie: τ huiusmodi secūda diffinitio. Lege li. (Unde ri
diculū est querere cōem rationem) .i. diffōnem. (Et in
his) que pertinent ad aīā. (τ in alteris) ab anima (que
nullius erat eorū que sunt propria ratio) ꝯstrue hūc ter
minū ratio cum relatiuo sic: (que ratio nullius erat eoꝝ
que sunt ꝑpria) .i. particularia τ singularia: (neqꝫ scd̄m
ꝑpriā τ indiuiduam spēm dimittētes huiusmōi) ꝯstrue
ly huiusmodi. cū ly neqꝫ scd̄m: isto mō: neqꝫ secūdum
huiusmōi diffōnem cōem debent homines esse dimittēs
ꝑpriam τ indiuiduā spēm. i. diffinitionem proprie τ indi
uidue speī. (Similiter aūt se habent ei qd̄ de figuris est
τ que secūdum aiam) sunt: (semper. n. in eo qd̄ est conse
quenter est potentia) .i. potētial'r τ virtualiter (q̄ prius
est in figura: τ ī animatis: sicut in tetragono qdē trigonū
est: in sensitiuo aūt vegetatiuū: quare τ secūdū vnūqdqꝫ
querendum est q̄ sit vniuscuiusqꝫ aīa.) τ que sit diffinitio
eius: (vt que plante: τ que hōis: aut bestie). ¶ Notādū
p̄mo: q̄ cū Ar. dicit q̄rendū esse vniuscuiusqꝫ anime dif
finitiōem: non intelligit distributiōem pro qualibet aīa
singulari: qz singularia non sunt diffinibilia scd̄m q̄ hec:
sed solum cōmunia: vt colligit̄ ab eo in thopicis: τ ī poste
rioribus: nec etiā intelligit distributionē pro q̄libet aīa
cōi in specie spālissima: qz hic nō opꝫ distincte inquirere
quid est aīa bouis: leonis: canis: equi: τ hōꝫ: sed distribuit
ꝑ qualibet aīa in spē subalterna: que sunt quattuor se ha

bentes essentialr secūduʒ prius ꝛ posterius.s.vegetatiua sensitiua: secūdū locū motiuo ꝛ intellectiua: ꝛ has vocat phs aīas spāles: scʒ respectu aīe in cōi: que est gñalis: ꝛ nō spālis. Unde sicut ideʒ est genus ꝛ spēs: ito idem est vl'e respectu suoꝝ inferioꝝ: ꝛ spāle respectu sui cōioris. Secundo notan[m] scdm cōmētatorē cōmēto.31. ꝙ triāgulus est prior quadrato: ꝛ triangulus existit po[s] in quadrato: ꝛ ideo si quadratū est: ꝛ triāgulus est: ꝛ nō econtra: similr in vtutibus aīe. nutritiuum.n.est prius sensibili: ꝛ existit in eo in potētia: ꝛ si sensibile est: nutritiuū est: ꝛ non econuerso: sensibile.n. impossibile ē vt sit absqꝫ nutritiuo: nutritiuū aūt pōt esse absqꝫ sensibili: illud dr̄ esse potentia in alio. qđ est pars materialis vl' q̄ntitatiua eius: sed vegetatiuū est pars materialis sensitiui: ꝛ triangulus est ps q̄ntitatiua quadrati. ideo vegetatiuū est potētia in sensitiuo: ꝛ triangulus est potētia in quadrato. ¶ Cōtra predicta dupl'r instatur: ꝛ p̄mo ꝯtra cōmentū: ita se habꝫ circulus ad duangulū: sicut triāgulus ad quadrāgulū vel quadratuʒ. sed circulus nō est prior duangulo: nec potētio i illo. ergo per idem triāgulus nō est prior quadrato: nec potētia in illo: tenet ꝯña cū maiori: qꝛ qualis est ordo triū ad quattuor: talis est ordo vnius ad duo: minor aūt ē clara: qꝛ circulus nō est pars duāguli: nec est p̄or illo: cum non sequat̄ duangulus est: ergo circulus est: itē triāgulus nō est nisi figura triāgularis: ꝛ quadrangulus nō est nisi fi[a] quadrāgularis: sed nō seq̄r. figura q̄drāgularis est. ergo figura triāgularis est. ergo a pari nō seq̄r: q̄drāgulus est: ergo triāgulus est: ꝛ sic p̄ma ps cōmenti vr̄ falsa. ¶ Sed arguit̄ secūdā esse falsaʒ. nā bene seq̄r: nutritiuū est. ergo calidū: frigidū: humidū: vel siccū est: s̄m Ar. ꝛ cōmētatorem in alia lectione: sed si calidū: humidū: frigidū ꝛ siccū est: sensibile est. ergo a p̄mo ad vltimū: si nutritiuum est: sensibile est: cuius oppo[m] ponit cōmētator. ¶ Itē arguitur ꝙ illa ꝯditionalis nō valeat: si sensibile est: nutritiuū est: qꝛ si celū vel aliquod elemētoꝝ est: sensibile est: ꝛ nō si celū vel aliquod elemētoꝝ est: nutritiuū est: ergo nō si sensibile est: nutritiuū est. ¶ Ad p[m] cōtra primā partem cōmenti respondet̄: ꝙ triāgulus sumit̄ dupl'r. s. stricte. ꝓ figura triāgulari: ꝛ large: ꝓ re habente tres angulos: quo sumit cōmētator: ex quo sequit̄ ꝙ illa maior fuit falsa. s. ita se hꝫ circulus ad duangulū: sicut triāgulus ad q̄drangulū: qꝛ circulus non habet ita significatiōem strictaʒ et largam: sicut duangulus: triangulus ꝛ q̄drangul[o]. ¶ Ad 2[m] contra scđam partem cōmenti: dicit̄ ꝙ cōmentator sumit ibi sensibile ꝓ sensitiuo: eo modo quo cōiter sumitur in tali diffinitione: aīal est sub[a] animata sensibilis. i. sensitiua: ꝛ sicut iterdū sumit̄ sensibile ꝓ sensitiuo: ita nutritiuuʒ ꝓ nutribili: iuxta intētionem cōmentatoris hic volētis dicere ꝙ si sensitiuū est: nutribile est: ꝛ non econuerso: ꝛ ꝙ impossibile est sensitiuū esse sine nutribili: ecōtra aūt possibile est nutribile esse sine sensitiuo: cuius experiētia habetur in plantis: vt statim adiungit cōmentator in eodē ꝯmento. ¶ Scđo: principal'r instatur contra textū: probando primo ꝙ vegetatiuū non continetur in sensitiuo sicut trigonum in tetragono: qꝛ trigonū sic continetur in tetragono ꝙ est pars eius: sed anima vegetatiua non est pars sensitiue. ergo ꝛc. minor declaratur. nam in animalibus perfectis anima vegetatiua omnino differt a sensitiua in animalibus aūt imperfectis: eadeʒ anima est sensitiua ꝛ vegetatiua: ꝛ nō nihil est pars sui ipsius. ¶ Preterea arguitur ꝙ sub planta: bestia: ꝛ hoīe: nō continerētur omnia animata: qꝛ frustra ponerētur quattuor gradus animatoꝝ. Deinde celū est animatuꝫ: ꝛ tamē nō est planta: nec bestia: nec homo. ¶ Ad primū dicitur ꝙ duplex est continētia. scʒ formalis: ꝛ virtualis: formalis continētia est illa qua totū continet partem: ꝛ locus locatum: ꝛ sic dicimus compositū continere materiam: ꝛ formaʒ: ꝛ numerum continere suas vnitates: ꝛ celum continere hec inferiora: ꝛ vnum elementū aliud. Continentia virtualis est illa: qua perfectū continet minus perfectū: ꝛ sic dicimus angelū continere hominē: ꝛ hominem asinum: qꝛ est eo perfectior. ¶ Ex isto sequit̄ primo vegetatiuum tam formaliter q̄ꝫ virtualiter contineri in sensitiuo: qꝛ aliquod vegetatiuū est pars sensitiui: ꝛ aliquod est vegetatiuuꝫ: qđ alterius sensitiui eo perfectioris non est pars: qꝛ nulla aīa vegetatiua ē pars anime sensitiue animalis perfecti. s. pertinētis ad tertiū gradū. Secundo sequitur ꝙ licet anima vegetatiua in sensitiua: ꝛ sensitiua in secūdum locū motiua contineatur: tam formaliter: q̄ꝫ virtualiter: tamen in anima intellectiua nulla aīa alr̄ q̄ꝫ virtualiter continet̄: prima pars pꝫ: qꝛ aliqua aīa vegetatiua est pars sensitiue: vt pꝫ in aīalibus imperfectis. Nec tū nō est sensitiua: nec ps eiusdeꝫ repte in aīali pfecto: sꝫ solū virtual'r continet̄ in illa. Similiter aliqua sensitiua est pars motiue s̄m locū in cane vel in equo: iō formal'r continetur in illa: ꝛ aliqua est motiua localiter: cui[9] nulla sensitiua est ps. s. anima intellectiua: ideo quelibet sensitiua solūʒ virtualiter est in intellectiua. ¶ Ex quo sequit̄ veritas scđe partis. s. ꝙ nulla anima est aliter q̄ꝫ virtualiter in aīa intellectiua: ex quo nullaꝫ partem hꝫ: ꝛ est aliis pfectior. ¶ Dicatur igitur ad ar[m] ꝙ ly. sicut. nō dicit omnimodā similitudinē: sed solum quo ad aliquid: ita ꝙ sicut trigonum p̄supponitur in tetragono: ita vegetatiuuꝫ in sensitiuo: ꝛ hoc innuit cōmentator: cū ait: ꝙ sicut sequit̄ tetragonū est: ergo trigonū est ꝛ non ecōtra: ita sequitur: sensitiuū est. ergo vegetatiuū est: ꝛ non ecōtra: nec intendit Aristoteles ꝙ sicut necessario cuiuslibꝫ tetragoni trigonum est pars: ita cuiuslibet sensitiui vegetatiuum est pars: aliqua tamen anima vegetatiua est pars sensitiue. scilicet medietas aīe ostree: vel concule marine. ¶ Ad scđm respondetur: ꝙ quia nō contingit procedere de extremo ad extremū sine medio: quinto physicoꝝ: ꝛ vegetatiuū sit vnum extremum in genere animatoꝝ: cum sit simpliciter materiale: ꝛ intellectiuū alterum extremuꝫ: cuꝫ id s̄m intellectū sit simpl'r imateriale. ideo dat̄ mediū: quod ē ptim mãle: ꝛ ptim imateriale. s. sensitiuū: cuius vna aīa est extēsa: ꝛ altera inextensa. ex quo sequit̄ ꝙ tale mediū nō est pūtale: sꝫ latitudinariū: cui[9] vna ps ꝑ sui ꝑfectionē vocabit̄ s̄m locuꝫ motiuū: lꝫ igit̄ sub aīato Ar. nō ponat nisi tres ptes subiectiuas. s. plantā: ꝛ bestiā: ꝛ hoīeꝫ: tū intelligit q̄ttuor gradus aīatoꝝ: qꝛ bestia ē diuisibil' in duo sensitiua: q̄ꝝ vnū est aīal impfectū: ꝛ aliud aīal pfectū: ita ꝙ ꝓ plātā intelligit vegetatiuū: ꝛ ꝓ bestiā sensitiuū: ꝛ s̄ꝫ locū motiuū: ꝛ ꝓ hoīeꝫ itellectiuū. ¶ Et ad ar[m] de celo dr̄ ꝙ celū nō est ꝓꝑe aīatuꝫ: ex quo ex orbe: ꝛ intelli[a] nō fit vnū ꝑ se. ideo si phs voluit oīa aīata ꝯtineri sub plāta: bestia: ꝛ hoīe: solū locut[9] est de aīato ꝓꝑe sumpto: vbi ex aīa ꝛ corꝑe fit vnū ꝑ se. ¶ Tex. ꝯmēti. 31. ꝛ 32.

¶ Propter quā aūt cām ꝯñter sic se hñt ꝯsiderādū est: sine q̄dē eni vegetatiuo sensitiuū nō ē. a sensitiuo aūt sepat̄ vegetatiuū in plātis: iterū aūt sine q̄dē eo qđ pōt tāgere alioꝝ sensuū: neqꝫ vn[9] ē: tact[9] aūt sine aliis est. mlta. n. aīaliū: neqꝫ visuꝫ neqꝫ auditū hñt: neqꝫ odoratus sensum. ¶ Et sensitiuoꝝ aūt alia quidem habent s̄m locum motiuū: alia vero nō hñt: vltimum aūt ꝛ minimuꝫ rōcinationem ꝛ intellectum.

T. c. 32. T. c. 33.

¶ Quarta ꝯclusio: anime speciales ⁊ diffõnes illarũ inuicem ordinãtur ordine essentiali. probatur: illa essentialr ordinãt: iter q̃ est ordo p̄oritatis ⁊ posterioritatis: ſ; iter aĩas spãles ⁊ suas diffõnes est hõ: ergo ⁊c. pʒ ꝯña cũ maiori: q: ille vocat ordo essentialis: ⁊ minor declarat. nam sensitiuũ nõ põt esse absq; vegetatiuo: ſ; bene ecõuerso. In plantis. n. est vegetatiuũ: ⁊ nõ sensitiuũ. Ulñ inter vegetatiuũ ⁊ sensitiuũ est ordo similis illi q̃ repit inter sensum tactus ⁊ alios p̃ticulares sensus: tact⁹. n. põt esse sine ẽlis: q: multa sũt aĩalia habẽtia tactũ: que nõ hñt visum nec odoratũ: nec auditũ: sed nõ eꝯ: q: nihil hʒ visũ: auditum: ⁊ odoratũ: quin illud hẽat tactũ: eodẽ modo q̃cquid hʒ sensitiuũ habet vegetatiuũ: ⁊ nõ eꝯ. etiã sensitiuũ ⁊ ſ; locũ motiuũ essentialr ordinãtur: q: vbicũq; est secũdũ locum motiuũ: est sensitiuũ: sed nõ ecõtra: multa. n. sunt sensitiua: vt aĩalia nutrimẽto affixa: q̃ non sũt ſm locum motiua. Et iterũ scđm locũ motiuũ essentialr p̄ordinat in corruptibilib⁹ ⁊ intellectiuo: q: nõ põt esse tale intellectiuũ sine motiuo ſm locũ: sed bene ecõuerso ⁊ ĩtellectiuo corruptibili nõ solũ de necessitate cõicat scđm locum motiuũ: q̃nimo oẽs alij gradus p̄cedẽtes. s. vegetatiuum ⁊ sensitiuũ. Lege li. (Propter quã aũt cãm ꝯseq̃nter sic se hñt) essentiali ordine aĩe ⁊ sue diffões (considerandũ est: sine enim vegetatiuo sensitiuũ nõ est a sensitiuo autẽ sepatur vegetatiuũ in plantis: iterũ oũt sine q̃dem eo q̃ põt tãgere. i. sine tactu: (aliorũ sensuũ) neq; vnus ẽ tact⁹ aũt sine alijs est: multa. n. aĩalia: neq; visũ: neq; auditũ habẽt: nec odoratus sensũ: ⁊ sensitiuorũ aũt aliqua q̃dem hñt ſ; locũ motiuũ alia vo nõ hñt: vltimũ ãt ⁊ minimũ) dicimus (intellectũ ⁊ rõnem:) vt hõ: aut hõ aliud. s. intellectus separata quare. ¶ Textus cõmenti. 32.

¶ Quib⁹. n. inest rõcinatio corruptibiliũ: his ⁊ reliq̃ oĩa: q̃b⁹ ãt illorũ vnũq̃dq;: ñ oĩb⁹ rõcinatio.

¶ Ex his ĩfert phs p̄mo q̃ cuicũq; corruptibili inest rõcinatio: eidẽ insunt oẽs grad⁹ aĩatorũ. nõ tñ cuicũq; inest aliquis gradus animatorũ: eidẽ inest rõcinatio: p̄ma ps patet. nã hoĩ insunt oẽs gradus aĩatorũ. Et homo ẽ omne corruptibile cui inest rõcinatio: ergo. Scđa ps ẽ manifesta: q: plante: ⁊ bestie insũt tres gradus aĩatorũ. s. vegetatiuũ: sensitiuũ: ⁊ ſm locũ motiuũ: ⁊ tamẽ nulli illorum inest rõcinatio. Lege li. (Quibus. n. inest rõcinatio corruptibiliũ: his ⁊ reliqua oĩa). s. oẽs grad⁹ aĩatorũ: (q̃bus aũt illorũ vnũq̃dq; cõpetit nõ oĩb⁹ rõcinatio). i. nõ ſ; aliquibus competit aliquod illorũ eisdem competit ratiocinatio: quare ⁊c. ¶ Textus cõmenti. 32.

¶ Sed q̃busdã q̃dẽ: neq; imaginatio: alia autẽ hac sola viuunt de speculatiuo aũt ĩtellectu altera rõ est: q̃ q̃dem igit de horũ vnoquoq; ratio hec propriĩssima ⁊ de anima manifestum est.

¶ Secũdo infert phs q̃ nõ cuicũq; iest imaginatio: eidẽ iest ĩtellectus: q: oĩa oĩalia alia ab hoĩe hñt imaginationem: ⁊ aliqua sola imaginatione viuũt: nõ tñ hñt intellectum: q: intellectus est alterius rõnis ingñabilis ⁊ incorruptibilis: vt in tertio ostẽdet. Lege li. (Sed quibusdã q̃dẽ) viuẽtib⁹ (nẽ imaginatio) sola ĩest: q: hñt oẽs sensus interiores ⁊ exteriores (alia aũt hac sola viuũt: de speculatiuo aũt intellectu altera ratio est:) q̃m illis non inest: cũ sit ingenerabilis. ⁊ incorruptibilis: ⁊ subdit phs epilogando dicens: (q̃ quidẽ igit de horũ vnoquoq;). i. de q̃libet aĩa speciali: (ratio). i. diffõ (hec ꝓpriĩssima) sit aĩ q̃ñda. (⁊ de aĩa mani^m est.) ¶ Notandũ p̄mo q̃ sicut ĩ aĩalibus ĩperfectis motis solũ in loco motu dilatatiõis ⁊ constrictionis: eadem aĩa est sensitiua ⁊ vegetatiua: ita idem sensus est tactus ⁊ fantasia: vt colligit de ĩntẽtione Arĩ. supradicentis: q̃ vbicũq; est tactus: ibi est fantasia: sicut dolor: ⁊ leticia: sed fantasia ⁊ imaginatiua sunt idem secũdum Cõmentatorẽ. ergo in illis aĩalibus idem est tactus ⁊ imaginatiua: sed ista viuũt solo sensu tactus. ergo ista viuunt sola imaginatiua: vbi pʒ q̃ sicut datur duplex fantasia. s. perfecta: ⁊ imp̄fecta: ita duplex imaginatiua. s. perfecta: que est in determinata parte corp̃is: ⁊ que exit ĩ actũ suũ absente obiecto: ⁊ imp̄fecta que est in toto corpore: nec cognoscit nisi in p̄sentia obiecti. ¶ Scđo notandum ſm Cõmentatorẽ. cõmento. 32. q̃ omne habẽs virtutem cogitatiuã. aľs. cognitiuã ex rebus generabilibus ⁊ corruptibilibus: necessario hʒ aliã virtutes anime. Et dicit Aristoteles hoc p̄seruãdo se a corp̃ibus celestibus. Declaratũ est. n. q̃ illa non habent de ṽtutibus anime nisi concupiscẽtiã ⁊ intellectũ: non capit hic cõmentator virtutẽ cogitatiuã. aľs. cognitiuã stricte ꝓ ṽtute aĩe sensitiue: q̃ est for^a subalis hoĩs dicta cogitatiua: cu⁹ estimatiua vocat ṽtus cogitatiua: ſ; large ꝓ oĩ ṽtute discursiua cũ rõne: ⁊ hec nõ solũ in hoĩbus: ſ; ẽt in angelis reperit: nõ ẽt sumit stricte ꝯcupiscẽtia ꝓ ṽtute aĩe sensitiue vľ motiue ſm locũ: ſ; large ꝓ ṽtute desideratiua. Etiã nõ sumit hic ꝯmẽtator corp⁹ celeste stricte: ꝓ orbe solũ: q: illõ non intelligit: nec desiderat: ſ; large: ꝓ aggregato ex orbe ⁊ intelli^a. dicit. n. in de suba orbis. q̃ celũ nõ ꝯponit ex mã ⁊ for^a: ſ; ex motore ⁊ mobili. Tertio no^m ſm cõmẽtatorẽ eodẽ ꝯmẽto: q̃ sermo de intellectu speculatiuo est ita q̃ sit extra istã nãm: estimat enĩ q̃ nõ sit aĩa: nec ps anime: opinãdũ ẽ. n. q̃ ẽ ex nã supiori nãe aĩe. Dic videt ꝯmẽtator facere drĩam inter intellectũ hũanũ: ⁊ speculatiuũ: dicẽs q̃ estimat intellectũ speculatiuũ nõ eẽ p̃tẽ aĩe: sed supiorẽ ad nãm ei⁹: intellectũ aũt humanũ in tertio dicit esse p̃tẽ aĩe: ⁊ sumit cõmẽtator ĩtellectũ speculatiuũ stricte ꝓ intellectu cognoscẽte p̃ spẽs innatas: ⁊ non acquisitas: qui nõ repit nisi in intelligẽtijs sep̃atis: de intellectu aũt speculatiuo large logt tertio hu⁹: cũ vocat spẽz ĩtelligibilẽ intellectũ speculatiuũ: ac ẽt ĩtellectũ possibilẽ: vt vnit illi spẽi. logt ẽt stricte de aĩa: ꝓ illa q̃ a corpe dependet ĩ singulis op̃atiõib⁹: ⁊ nõ large eo mõ quo supra diffinuit Arĩ. aĩaz ꝑ actũ p̄mũ corp̃is physici. po^a vitã hñtis: aut per p̄mũ p̃n^m vegetãdi: sentiẽdi: ſm locũ mouẽdi: ⁊ intelligẽdi. Si. n. celũ hʒ ĩtellectũ ⁊ desideriũ: q̃ est aĩatuz: ⁊ p̃ ꝯñs intelligẽtia est aĩa ei⁹: cũ nõ appeat alia for^a celi q̃ intelligẽtia. q̃ talis intelligẽtia nõ est oĩno extra nãm anime: quare ⁊c. ¶ Textus cõmenti. 33.

Necessariũ aũt est debẽtẽ de his p̃scrutatiõez facere accip̃e vnũq̃dq; eorũ q̃d est: postea sic de habitis aut ⁊ de alijs inuestigare. si aũt opʒ dicere q̃d vnũq̃dq; ipsorũ: vt q̃d intellectiuũ ⁊ sensitiuuz. aut vegetatiuũ: prius adhuc dicẽdũ q̃d sit itelligere: ⁊ q̃d sentire: priores. n. potentijs actus ⁊ op̃atiões ſm rõnez sũt. si aũt sic his adhuc priora opposita opʒ ꝯsiderare de illis vtiq; primũ oportebit determinare ꝑpter eandem cãm: vt de alimento ⁊ sensibili ⁊ intelligibili.

¶ Iste est scđs tractatus: scđi de aĩa: in q̃ Arĩ. tractat de p̄ gradu aĩatorũ. s. de vegetatiuo: ⁊ vegetabili: ⁊ diuidit ĩ tria capl̃a. in q̃rũ p̄° Arĩ. ponit ordinẽ dicẽdorũ: in scđo demrat oẽz op̃atiõez aĩe vegetabilis p̃ncipali⁹ eẽ ex aĩa q̃ ex corpore: ibi. (Est aũt:) In tertio determinat de po^a vegetatiua: actu: ⁊ obiecto eiusdem: ſm ordinẽ assignatum: ibi.

(Quoniā aūt eadē potētia) Primū capitulū diuidit͂ in quattuor partes: iuxta quattuor conclusiones: quas phs ponit. quarū prima est ista: inuestigatiōem potētiaꝝ aīe debet precedere inquisitio actuū. ꝛ inquisitiōem actuū inquisitio obiectoꝝ. Secūda ꝯclusio: prius determinandum est de alimēto ꝛ actu ipsius q̄ꝫ de intelligibili ꝛ sensibili: ibi. (Quare p̄mū de alimento.) Tertia ꝯclusio: generare sibi simile: est in viuentibus operatio naturalior q̄ꝫ sentire: secūdum locū moueri: vel ītelligere: ibi: (Naturalissimū enim.) Quarta conclusio: cā finalis generatiōis est pticipatio īmortalitatis: ꝛ diuini eē: ibi. (Quare ruis ipso semp.) Prima conclusio arguitur sic: inquisitio reꝝ ꝛ passionū in physica disciplina: est a notioribus nobis. Sed actus sūt notiores nobis potētijs: ꝛ obiecta actibus: ergo inquisitio potētiarum debet esse per inquisitionē actuum: ꝛ inquisitio actuū per inquisitiōem obie- *T.cō.2.* ctorum: maior est declarata in prohemio physicorum: et minor declaratur. nam tres sunt potentie anime principales. s. vegetatiua. sensitiua: ꝛ intellectiua: quarū quālibet cognoscimus per actum suum: nullus enim pcipit in planta esse potentiā vegetatiuā: nisi q2 pcipit illā nutriri: crescere: ꝛ sibi simile generare: neqꝫ aliquis cognosceret potentiā sensitiuā in animali: nisi q2 apparet animal dolere: videre: ꝛ audire. In hoīe vero non apprehēditur potentia intellectiua: nisi ex apprehensione rōcinatiōis: discursus: precepti. ꝛ iudicij: que dicuntur esse opationes anime intellectiue. ¶ Consimiliter declarat͂ obiecta eē notiora nobis actibus. naꝫ potentijs noīatis tria respondent obiecta: scilicet alimentuꝫ: sensibile: ꝛ intelligibile: modo alimentum est nobis prius notum q̄ꝫ nutritio vel augmentatio: q2 non scimus nos augeri vel nutriri: nisi q2 nos percipimus sumere cibum: cognoscimus eniꝫ primo panem: vinū: ꝛ huiusmōi: ꝛ ex ħ scimus nos augeri: ꝛ nutriri. Et prius cognoscimus sensibile q̄ꝫ sensatio nē ei⁹: cum prius cognoscamus colorē: vel sonum: q̄ꝫ visionē: vł auditionem: vbi patet ꝙ etiā nō cognoscitur intellectio: vel volitio: nisi prius intelligatur intelligibile: vel appetatur volibile. Lege li. (Necessariū autem est debētem de his) potentijs (perscrutatiōnē facere: accipere vnūquodqꝫ eoꝝ). i. accipere vnāquāqꝫ potētiaꝝ (qd est postea de habitis). i. de consequētibus ad illas: aut (ꝛ de alijs inuestigare. Si aūt opꝫ dicere quid vnūqdqꝫ ipoꝝ:) vt qd intellectiuū: aut sensitiuū: aut vegetatiuum: prius adhuc dicendū quid sit intelligere: ꝛ quid sentire: ꝛ quid vegetare (priores. n. potentijs actus ꝛ operationes secunduꝫ rationem sunt: st aūt sic est:) ꝙ actus sunt priores potentijs in cognitione: (his) supple actibus adhuc. (p̄ora opposita). i. obiecta (oportet considerare: de illis.) scꝫ obiectis (primū vtiqꝫ oportebit determinare ꝓpter eandeꝫ causam: vt de alimento: sensibili: ꝛ intelligibili.) ¶ Notandum p̄mo scđm cōmentatorē cōmento. 33. ꝙ illum q voluerit acquirere perfectam cognitionē de anima opꝫ perscrutari de vnaquaqꝫ virtute anime per se: quousqꝫ sciat per demonstrationem vnāquāqꝫ illarum que sit ꝛ quam naturā habet: vbi gratia perscrutari quid est intellectus: ꝛ quid sensus: ꝛ deinde perscrutari de contingentibus in vnaquaqꝫ illarum virtutū vlibus ꝛ proprijs verbi gratia vtrum virtus intelligibilis possit abstrahi: aut non: ecce ꝙ per habita ꝛ contingentia idem denotat͂: cōtingentia enim ipsam animā sunt duplicia: quedam propinqua: vt sentire. ꝛ intelligere. ꝛ quedā remota. quoruꝫ aliqua sunt vniuersalia: vt intellectum abstrahi: ꝛ sensuꝫ non separari: quedam propria: vt visum distantius percipere q̄ꝫ alium sensum: ꝛ gustum propinquius: ꝛ tactū materialius: de potentijs igitur prius dicendum est: deinde de habitibus ꝛ contingentibus: siue sint proprietates cōmunes: siue proprie: post hoc de alijs. scꝫ de organis potētiarum. Sed dubitatur: q2 videtur immediate contradictio in verbis phi. ꝛ cōmentatoris. dicunt enim ꝙ debentes perscrutationem facere de potētijs anime: p̄us oportet accipere quid est vnaqueqꝫ earum: ꝛ postea de consequentibus ad illas: deinde dicunt ꝙ si oportet perscrutari quid est vegetatiuum: aut sensitiuum tantum: oportet prius scire quid est sentire: quid intelligere: ꝛ quid vegetare. ¶ Dicēdum ꝙ duplex est perscrutatio de potentijs anime. vꝫ. propter quid: ꝛ q2 est: quo ad p̄muꝫ modū perscrutatio de potētijs precedit perscrutatiōem actuū: quo vero ad secūdum moduꝫ: perscrutatio actuuꝫ precedit perscrutatiōem potentiaꝝ ꝛ suarum diffinitionum: sicut demōstratio q2. demonstratiōem propter qd. ¶ Secundo notandū scđm cōmentatorem eodeꝫ cōmento: ꝙ si debemus ire semper de eis que apud nos sunt magis nota: ad illa que apud naturam sunt magis nota: necesse est prescire primo cibum quid sit: ꝛ sensatum quid sit: ꝛ intellectum quid sit: anteq̄ꝫ sciatur nutriri ꝛ sentire q̄ sunt: ꝛ vocant Ar. ea opposita: quoniaꝫ actiuum ꝛ passiuū videntur esse opposita. Unde q2 potētie cognitiue patiuntur ab obiectis: ꝛ potētie nō cognitiue agunt in sua obiecta. ideo potentia ꝛ obiectum dicūtur opposita. sicut vniuersaliter agens ꝛ patiens opponūtur: tamē aliter potest dici ꝙ quadruplex est genus oppositionū secūdum Ar. in postpredicamētis: quedaꝫ opponuntur cōtrarie: vt album ꝛ nigrum: quedam ꝯtradictorie: vt homo ꝛ non hō: quedam priuatiue: vt iustuꝫ ꝛ iniustum: ꝛ quedam relatiue: vt pater ꝛ filius: q2 igitur potentia ꝛ obiectū inuicem referuntur: vt sensus ꝛ sensibile: intellectus ꝛ intelligibile: ideo potentia ꝛ obiecta inuicem sunt opposita. scilicet relatiue. ¶ Contra predicta arguit͂: ꝛ primo ꝙ potentie non cognoscuntur neqꝫ diffiniuntur per actus: q2 priora nō cognoscunt͂ per posteriora: sed potentie sunt priores actibus: ergo ꝛc. maior tenet per illud scđi methaphisice *T.c.4.* sicut res se habet ad esse: ita se habet ad cognosci: minor vero est nota. q2 potētie sunt causa actuū: vt videbitur in hoc secūdo: modo causa est p̄or suo effectu: per Ar. quīto *T.c.37.* methaphysice. ꝛ in postpredicamentis. Item potētie nō *T.cō.3.* diffiniūtur per actus: q2 si sic: ꝛ iteꝝ actus diffiniunt͂ per potentiā: ergo idē est diffiniens ꝛ diffinitum: ꝛ per consequens idem est magis ꝛ minus notum respectu eiusdeꝫ: qđ est impossibile: ꝛ patet consequentia: q2 diffinitio dat͂ causa ī notescendi. Secūdo arguitur ꝙ potentie nō distinguuntur per actus: q2 in eadem potētia numero sunt actus diuersarum specierum ꝛ diuersoꝝ generū: vt pꝫ in intelligenti: in potētijs etiā diuersaꝝ specieꝝ sunt act⁹ eiusdem spēi: q2 visiua hominis ꝛ visiua equi sunt diuersarū specierum: sicut anime eorūdem: ꝛ tamen visiones earūdem potentiarum: causate ab eadem albedine: sunt eiusdem speciei. Item potentie seipsis distinguūtur: ergo nō per actus: antecedēs patet: q2 quibuscūqꝫ alijs seductis per intellectum: potentie anime sunt plures: ergo seipsis distinguuntur: patet ꝯsequētia: quia aliter procederetur in infinituꝫ. Unde breuiter nullis existentibus actibus: non minus distinguuntur potentie anime: ergo iste non distinguuntur per actus. Tertio arguitur ꝙ actus non cognoscuntur neqꝫ diffiniuntur per obiecta: quia obiecta cognoscuntur per actus: ergo non actus per obiecta: antecedens patet: quia nullum sensibile vel intelligibile percipitur ab aliqua potentia: nisi aliquis actus duxerit potentiam in cognitionem illius obiecti. ¶ Item arguitur ꝙ actus non diffiniuntur per obiecta: quia licet illud sit verum in potentijs passiuis contentis

sub sensitiuo: vbi obiectum se habet actiue: non tamen in potentiis actiuis contentis sub vegetatiuo: vbi obiectum se habet passiue: quia igitur in istis potentiis actus habent rõnem cause: et obiecta habent rõnem effectus: potius obiecta illa: vt alimentũ et nutrimẽtũ diffiniũtur per actus q̃ econtra. Quarto arguit̃ q actus non distinguũt̃ p obiecta: q2 idẽ obiectũ numero causat act9 diuersaꝝ specieꝝ. s. imutationes sensuũ interioꝝ et exterioꝝ: et obiecta diuersaꝝ specierũ causant eũdez actũ numero. s. color et magnitudo a qb9 generat̃ eadẽ visio numeralis: ergo etc. ¶ Ad pmũ dr̃ q licet priora nõ cognoscantur p posteriora noticia ppter quid: tñ bene noticia: q2 est. Et ad pħm. sic res se habet ad esse: ita se hz ad cognosci: itelligit̃ quoad nãm: et nõ quo ad nos: q2 cõiter posteriora i essendo sunt priora in cognoscẽdo. ¶ Intelligendũ tamẽ ſm pħm 9nto methaphysice: q cũ aliqua sic se habẽt ad inuicem: q vnũ est cã alteri9: et econuerso: vt potio est causa sanitatis: et ecõtra: nõ est incõueniẽs q̃libet istoꝝ esse altero prius. Sed ita est q potẽtie sũt cãe effectiue actuũ: et actus sunt cãe finales potẽtiaꝝ: ergo sicut potẽtie sunt priores actibus: ita actus sũt priores potentiis: nõ ſm esse: sz ſm intẽtionẽ agẽtis: et ita nõ est incõueniẽs idẽ respectu eiusdẽ esse notius et ignotius i diuersis generibus cognitionũ vel causaꝝ: et ꝯsequẽter idẽ est diffiniẽs et diffinitũ: nõ quidẽ sũptum eodẽ mõ: sub eodẽ genere cãe: vel prioritatis: sed sub diuerso. Cõcedo ergo q potẽtie cognoscũt̃ et diffiniunt̃ p actus: tã q̃ per effect9: noticia q2 ẽ. et cognoscunt̃ p eosdẽ: in genere cãe finalis: noticia pp qd. actus aũt cognoscũtur p potẽtias: et diffiniũtur p illas: diffinitione et cognitiõe pp qd. in genere cãe efficiẽtis. ¶ Ad 2m dr̃: q illa ppõ. distinctio actuũ arguit distinctionẽ potentiaꝝ: nõ est intelligẽda affirmatiue: sed negatiue: isto mõ a. et b. actus specifice distinguũtur: et b. puenit a. c. potẽtia nõ potẽs puenire a. d. nec aliqs sibi cõsimilis. et b. puenit a. d. nõ potens puenire a. c. nec aliqs sibi ꝯsilis: ergo. c. d. potẽtie specifice distinguũtur. Isto modo arguit̃ visiuaz et auditiuã specifice distigui: q2 visio et auditio specifice distinguũt̃: sic son9 et color: et visio puenit a visiua: nõ potẽs puenire ab auditiua: et auditio puenit ab auditiua nõ potẽs puenire a visiua. ¶ Et tũc ad aliud ar9. po distinguũt̃ seipis. g̃ nõ p act9: negat̃ ꝯña: sicut eniz grauia et leuia mouent̃ a seipis: et tñ mouẽtur ab aliis: et tã a priori: q̃ a posteriori: q2 mouẽtur a formis eoꝝ essentialibus et accidentalibus: ita hõ et equus differũt seipis: et differunt aliis. tam a priori: q̃ a posteriori: q2 differũt suis formis sbalib9 et accidẽtalibus tã ppriis q̃ cõibus: in qbus nõ ꝯueniũt: põit eni Porphyrius triplicẽ drĩam. s. cõmunem: qua vnũ differt ab alio accidẽte sepabili: et ppriã: qua vnũ differt ab alio inseparabili accidẽte: et ppriissimã: qua vnũ differt ab alio specifica drĩa: vbi pz duplicẽ esse drĩam. s. accidẽtalẽ et essentialẽ: drĩa essentialis est qua vnũ differt ab alio intrinsece: et a priori. Drĩa accidẽtalis est qua vnũ differt ab alio intrinsece vel extrinsece a posteriori: siue sit accidẽs ppriũ siue cõe: siue sepabile siue isepabile. Cõcedo ergo q potẽtie seipis essentialr̃ distinguũtur: et p actus accidẽtaliter distinguũtur: sine qbus possũt nõ distingui: q2 illi actus possũt nõ esse manẽtibus potẽtiis. ¶ Ad tertiũ dr̃ q licet obiecta cognoscant̃ p actus in ratiõe medii: non tñ in rõe obiecti: q2 nõ prius cognoscunt̃ actus q̃ obiecta: licet sint media vniuia potẽtiaꝝ cũ obiectis. Deinde dr̃ q obiecta potẽtiaꝝ actiuaꝝ hñt rõnez cãe finalis: respectu suoꝝ actuũ: a qb9 potiũt: q2 dr̃ p9 ethicoꝝ: q qb9 pter opationez sũt aliq̃ opata ipa opata sũt fines opationũ: sicut domus: q̃ dr̃ finis domificatiõis: licet igit̃ po9 nutritiua et augmẽtatiua aliqd efficiant in ipsum obiectuz: ipm tñ alimẽtũ transmutatũ et ꝯuersum est finis opationum dictaꝝ potẽtiaꝝ: ideo actus possunt diffiniri p obiecta: sicut potẽtie p actus: semp intelligẽdo pp quid et a priori: cũ obiectoꝝ ad actus sicut actuũ ad potẽtias est causalitas finalis. Ad quartũ dr̃ eodez mõ: sicut ad secũdum: q illa ppõ. distinctio obiectoꝝ arguit distinctionẽ actuũ: intelligẽda est negatiue: et nõ affirmatiue. Isto mõ: si aliqua sunt obiecta diuersaꝝ rõnum: ita q si obiecta differunt genere: et nullus act9 vnius põt ab alio puenire: nec ecõtra. q ẽt act9 sunt diuersaꝝ rõnũ: ita q si obiecta differunt genere vel specie eodem modo actus differunt. Unde visio albi: et visio nigri differunt specie: q2 albedo et nigredo differũt specie. Similiter visio et auditio differũt genere: q2 color et sonus differunt genere: nũc autẽ et si color et magnitudo differunt genere: non tamen oẽs actus illoꝝ differunt genere: q2 essentialr̃ ordinãtur: et idẽ act9 numero puenit ab vtroqz illoruz: a colore tanq̃ a causa particulari. et a magnitudine tanquã a causa vniuersali: sicut generatio hominis prouenit ab hoĩe tanq̃ ab agente particulari: et a sole tanq̃ ab agẽte vniuersali: vt habetur scdo physicoꝝ. ¶ Intelligendum q sicut q̃tuor sũt genera causarũ: duo intrĩseca: vt materia et forma: et duo extrinseca. scz efficiens et finis: ita quattuor modis cõtingit vnum ab alio distingui: intrinsece per materiaz et formaz: et extrinsece efficiente vel fine: vnde Sor. et Plato distinguũtur per materiaz et formã: q2 forma vnius nõ est forma alterius: nec materia vnius est materia alterius. Differunt etiam per efficiens et finez: quia efficiens vnius non est efficiens alterius: nec finis imediatus vnius est finis alterius: quicquid eniz causaliter concurrit ad idemptitatem alicuius: concurrit etiam ad distinctionem: quia causa quantum dat de idemptitate: tantum dat de distinctiõe. Dico igitur q actus seipis intrinsece distinguũtur: extrinsece autem per efficiens vel finem. Sicut enim sciencie distinguũtur subiecta: primo posteriorum: aut fine secũdo methaphysice: vbi dicitur q finis speculatiue est veritas: et practice opus: ita actus extrinsece distinguũtur: quia habent diuersos fines: aut quia habent diuersas causas effectiuas: actus ergo obiectorum actiuoruz distinguuntur illis obiectis finaliter et effectiue. Sed actus obiectorum passiuorum distinguuntur illis obiectis finaliter solum: intrinsece autem non differunt per materiam vel formaz: quia non habẽt. Ex quibus sequitur q differentia extrinseca agentis vel finis: est differentia accidentalis: non quia agens vl' finis sint accidentia suorum effectuum: sed q2 stat distigui effect9 absq3 distinctione efficientis vel finis. sicut stat illos effectus esse: non existẽtibus efficiente vel fine. Duplex ergo est differentia accidẽtalis: scilicet intrinseca: qua vnũ differt a reliquo p aliqd accidẽs. Et extrinseca qua vnuz differt a reliquo p efficiẽs vel finẽ: quare. ¶ Tex. c. 34.

¶ **Quare primo de alimẽto et gñatione dicenduz est: vegetatiua. n. aĩa et aliis inẽ pria: et maxime cõis potẽtia est aĩe: ſm quã est viuere oĩbus cuius sũt opa generare et alimento vti.**

¶ Secunda conclusio: prius est determinandum de alimento et actu ipsius q̃ de sensibili et intelligibili probat̃: sicut se habent potẽtie inuicem: ita pportionaliter obiecta illaꝝ: sed potẽtia vegetatiua est prior et cõmunior sensitiua et intellectiua: ergo obiectuz potẽtie vegetatiue est prius et cõmuni9 obiectis aliarum potentiarũ: sed a priori et cõmuniori sumenda est determinatio: secundum Aristotelem in prologo physicorum: ergo prius determinandum est de obiecto: et consequenter de actu potentie ve

T.c.62. T.c.26. T.cõ.3. T.c.4.

getatiue q̃ de obiectis aliarum potentiarum. Sed obiectū potentie vegetatiue est alimentū: cuius actus est nutritio: vel generatio obiecta aūt aliarum potentiarum sunt sensibile et intelligibile: ergo etc. Le. li. ¶ Quare primo de alimento et generatione dicendū est: vegetatiua enim aīa et alijs in est prima: et maxime cōis potentia est aīe: scdm quam in est viuere oibus: cuius sūt opa generare: et alimēto vti: pro nutritione et augmētatiōe. ¶ Notandū fm cōmentatorem comento. 34. q in cōsideratione vsē notius ē apud nos q̃ pticulare: vt dictū est alibi. supple i libro physicorum Et ex hoc intendit cōmentator cōuincere: q prius ē de alimento dicendū: q̃ de obiectis aliarum potentiarum: qr illis est prius et cōmunius. Sed cōtra si alimentū est. sensibile vel intelligibile eēt: et non ecōtra: ergo tam sensibile q̃ intelligibile est prius et cōius alimēto: pz cōseqntia: qr prius et cōmunius est illud: a quo nō cōuertitur subsistēdi cōsequentia: fm phm in postpdicamentis. capitulo de priori. et per consequēs prius est determinādum de sensibili et intelligibili q̃ de alimento: ergo etc. ¶ Dicendum q aliquid eē altero prius vel cōius intelligit dupliciter: scilicet via predicatiōis: et via cōicatiōis illud est altero prius via predicatiōis quod de pluribus predicatur: illud vero est altero prius via cōicationis: quod pluribus cōmunicatur. Alimentū ergo licet non sit prius nec cōmunius sensibili vel intelligibili prioritate vel cōmunitate predicationis: est tamē prius et cōmunius illis prioritate et cōmunitate cōicationis: qr alimentum prius cōmunicatur potētie vegetatiue: et pluribus: q̃ sensibile sensitiue: aut intelligibile intellectiue: et hoc sufficit pho habendo respectum ad potentiā vegetatiuam: que est alijs prior et cōmunior via predicationis. Item alimentum sensibile et intelligibile preter absoluta dicunt respectū ad eorū potētias. Licet igitur sensibile et intelligibile sint absolute sumpto: priora et cōmuniora alimento: nō tamen respectiue sumpta: sed econtra: quia respectus quo ad alimentum refertur ad potentiam vegetatiuā: est prior et cōmunior respectibus qbus refertur sensibile ad sensitiuū: et intelligibile ad intellectiuū. sicut etiam potētia vegetatiua prior et cōmunior est potentia sensitiua et intellectiuus: mō Ar. non determinat de obiectis potentiarum absolute: sz respectiue in ordine ad illas. ¶ Tex. cōmēti. 34.

¶ Naturalissimū. n. operū viuentibus est quecunq pfecta et nō orbata. aut gñatiōez nō spōtaneā habent facere alterum quale ipsum: aīal quidem aīal: planta autem plantam.

¶ Enim tertia cōclusio: generare sibi simile est in viuentibus operatio naturalior q̃ sentire: secundū locū mouere: vel intelligere: probatur. nam sicut potentia vegetatiua dicitur naturalior alijs: qr cōmunior: ita generatio est alijs naturalior: qr cōmunior: cōpetit. n. oibus plantis: et omnibus aīalibus perfectis nō orbatis nec genitis p ppagationem. Sentire. n. secūdum locū mouere: et intelligere nullis plantis conueniūt. nec omnibus aīalibus: vt patuit: potest ergo quodlibet aīal et quelibet plāta generare sibi simile: dūmodo habeat tres conditiones. primo q sit perfectum q̃tum ad tēpus: ideo pueri nō generāt. Scdo debz esse nō orbatū. i. nō diminutū aliquo mēbro occasionali ad generationem: ideo castrati nō generant. Tertio debet habere generationē non spontaneā. i. non equiuocā: qr si generans et genitū non sunt eiusdē speciei: tale genitū non pōt generare sibi simile: ideo aīalia genita equiuoce et per putrefactionē: vt mures et rane: non generant sibi similia scdm phm: dicuntur. n. talia spōtanee generari: qr videntur per seipa generari: cum non hēant generans ppriē speciei. Lege li. (Naturalissimuz enim operū viuentibus est quecūq) viuentia sunt (perfecta: et nō orbata: aut generationē non spontaneā habent: facere alterum quale ipsum). s. generans. i. facere sibi simile: (aīal quidem aīal. planta aūt plātam.) ¶ Notandū primo fm cōmentatorē cōmento. 34. q actio que maxime cōuenit nature eius q of viuum per hanc virtutez est generare sibi simile: et hoc fit tribus conditionibus. vna est vt pertingat tempus in quo habet hanc vtutem: cum nō sit in effectu oī tempore. Secūda est vt cū hac nō habeat occasionem: illa. n. ipedit hanc actiōez: licet pertigat tempus in q̃ pueniit ab illo ista actio. Tertia est vt illud viuum sit ex eis q̃ fiunt p se: quādo igitur in viuo cōgregata fuerint hec tria: generabit. Iste tres cōditiones declarant conditiones positas in lra. nā si viuens debet generare: primo debet esse perfectū. i. habēs determinatū tempus. Scdo non orbatū. i. nō habēs occasionale impedimētū intrinsecū vel extrinsecū. Tertio nō spontanee genitum idest nō genitū per accidēs: sed per se: ideo deus celum: et intelligentie: non generāt sibi similia: qr non sunt genita nec per se nec per accidens: mā etiaz et forma non pprie generāt sibi similia: qr generantur per accidens: genita etiā equiuoce non generāt sibi silia in specie: quia non sunt genita per se: scilicet ex sibi simili in spē: talia. n. et si mittunt semen: non tū inducunt vtutez generatiuam potentē materiā disponere pro generatione fetus. Secundo notādū: q dupliciter sumitur generatio: vno modo ex aliena materia: et extrinseca substantia: sicut ignis ex cōbustibili generat ignem: de tali nō fit hic mētio: qr nō est opus aīe vegetatiue. ¶ Alio modo ex materia ppria: et suba intrinseca: preparādo ipam mediāte aīa vt fiat semē gñationis: et sic capitur ipro posito: verum est q isto modo tripliciter sumitur: primo pro ppparatione illius materie p motū localem: et sic coitus dr generatio. Scdo pro dispositione ppinquiori: sicut illa que fit in matrice. Tertio pro aīe introductiōe: et ista est pprie generatio: quolibet istorum modorum concurrit operatiue virtus vegetatiua. primo nāq vegetatiua patris: separādo supfluū alimenti: et ipsum collocādo in determinato loco. Scdo vegetatiua matris: cū adiutorio qualitatū et virtutum existentiū in semine. ¶ Ex pdictis sequitur primo: q licet nutritio vel augmentatio sit opatio naturalior q̃ generatio: tamē generatio est operatio nobilior et perfectior q̃ nutritio vel augmentatio: prima pars patet: qr pluribus cōmunicatur a natura nutritio et augmentatio q̃ gñatio. Scda ps sic arguitur: ois opatio pueniens rōne forme est perfectior et nobilior q̃ proueniens rōne materie. Sed tā nutritio q̃ augmētatio pueniūt rōne materie: et gñatio rōne forme: ergo etc. maior est cōmentatoris supra: ex quo forma est pfectior materia: et minor declaratur: qr nutritio est restauratio depditi: seu cōuersio alimēti. Augmētatio est extensio viuētis i maiores ptes q̃ sit depditū. vel q̃ fuerit preexistēs: Sed gñatio est pductio silis in spē: vbi pz. q restauratio depditi: cōuersio alimēti: et maioratio ptium dicit māam: silitudo aūt spēi dicit formā: qr spēs ē forma: et indiuiduū mā: iuxta illud Ar. p° celi: q dicit celū dicit formā: et qui dicit hoc celū dicit māam. Itē finis ē pfectior hisq̃ sunt ad finē: primo ethicorum: et scdo physicorum: sz gñatio ē finis nutritiōis et augmētatiōis: qr nutritio et augmētatio ordinantur i gñatiōez: cū sint priora et cōiora gñatiōe. Scdo sequitur q lz gñatio sit nālior sensatiōe et itellectiōe: tū sensatio et itellectio sūt nobiliores: pria ps patuit: qr gñatio est cōior: et pluribus a nā cōicatur q̃ sensatio et itellectio. Scda pars declaratur. nā illud q paucioribus et pfectioribus cōmunicatur est perfectius: sz sensatio et itellectio paucioribus

T. c. p

T. c. p

τ perfectioribus cōicatur: q̄ generatio. ergo ꝛc̄. maior pz
T.c.47 .8. physicoꝝ: τ exemplariter habet̄ ex dictis. nā sensitiuū
est perfectius vegetatiua: qꝛ paucioribus τ ꝑfectioribus
cōicat̄: τ eadē rōne secūdum locū motiuū est perfectius
sensitiuo: τ itellectiuū scd̄m locū motiua: minarvera est
clara: qꝛ generatia attribuit̄ aībus gradibus animatoꝝ.
¶ Sensatio aūt τ intellectio nō attribuunt̄ vegetatiuo:
sed alijs gradibus posterioribus: quaꝝ quilꝫ est minus
cōis τ ꝑfectiar vegetatiuo. ¶ Cōtra ꝑdicta arguit̄: τ pri-
ma ꝙ generatio est naturaliar nutritiōe τ augmētatiōe:
qꝛ illud est naturalius: qđ magis intēdit̄ a natura: sꝫ ma-
gis intendit̄ a nā generatio q̄ nutritia vl̄ augmentatia:
erga pꝫ ꝯsequētia cū maiari: τ minor est clara: qꝛ magis
T.c.31. intendit̄ a natura finis q̄ ea que sunt ad finē: vt colligit̄
T.c.12. de mente phi secūdo physicoꝝ. Itēꝫ ponit phs ibi. τ qn
T.cō.5. to methaphysice ꝙ natura dī de mā τ forma: τ principa-
lius de forma q̄ de mā: ergo magis naturale est ꝓueniēs
ex forma q̄ ex mā: sed generatio est rōne forme τ nutri-
tio vel augmētatia rāne materie: vt dictū est: ergo natu-
raliar est generatio nutritiōe τ augmētatione. Secundo
arguit̄ ꝙ generatio est perfectior sensatione vel intelle-
ctiane: qꝛ̄ matus specificat̄ a termina ad quē: sed nobi-
lior est terminus ad quē generatiōis q̄ sensatiōis vel in-
T.c.4. 148. tellectionis: ergo ꝛc̄. pꝫ ꝯsequētia cum maiori: qnto physi
coꝝ: τ ꝓbat̄ minor: nā termin⁹ ad quē gn̄ationis est suba:
terminus aūt ad quē sensationis vel intellectiōis nō vi-
det̄ esse aliud q̄ suū obiectū: mō tale abiectū ē accidēs:
vt pꝫ inductiue: τ declarabit̄ in hoc scd̄o. ¶ Ad pᵐ dicit̄
ꝙ aliquid esse altero nālius intelligit̄ dupliciter: scꝫ in-
tensiue: τ extensiue: illud est altero nālius intēsiue quod
magis intendit̄ a natura: τ sic species est nāliar genere τ
indiuidua: sm̄ Auicēnam ꝑmo sue suffic̄. Illud vo ē na-
turalius extēsiue: qđ pluribus cōicatur a natura: τ sic ge-
nus est nālius specie: τ semꝑ gradus ꝑcedens aīatāꝝ gra
T.c.56. du sequēte. Sic intendebat Arꝫ. 8. physicaꝝ dicēs illud
esse prius nā alio quod pōt esse sine alio: τ nō ecōtra. Di
co ergo ꝙ nutritio est naturalior generatione extensiue:
scꝫ naturalitate cōitatis: sed generatia est naturalior nu-
tritione intēsiue: scꝫ naturalitate finis. ¶ Ad scd̄m nega
tur ꝯn̄a: qꝛ nec sensatia nec intellectio est matus. sed sunt
termini motuū factoꝝ ī sensu vel in arganis: nullo enim
existente matu nō minus quis sentiret vel intelligeret.
Itē licet denoīatio τ specificatio matus sit a termina ad
quē: non tn̄ perfectio τ nobilitas motus attēditur penes
illud: sꝫ penes finē intētū a natura. Unde mot⁹ localis ē
perfectior alijs motibus sm̄ Arꝫ. 8. physicoꝝ: tamen non
hꝫ perfectiorem terminū ad queꝫ: qꝛ cuiuslibet alterius
motus aliquod absolutū est terminus ad quē: scꝫ quanti
tas: vel qualitas. motus aūt localis vbi est terminus ad
quē: quod est entitas respectiua. Motus igit̄ localis est
perfectior alijs matibus: qꝛ habet perfectiorem fineꝫ in-
tentum a natura: scꝫ continuationē mundi inferiaris cū
munda superiori: iuxta illud Arꝫ. ꝑma methauroꝝ: neces
se est mundū hunc inferiorem continuari supioribus la-
tionibus: vt ois virtus eius gubernet̄ inde: finis aūt alte-
rationis est generatio: τ finis augmētationis est debita
operatia geniti: sed qꝛ ꝯtinuatio mūdi inferioris cū mū-
do superiori perfectior est q̄ generatio vel debita apera
tio geniti: idea matus localis perfectior est alijs morib⁹.
Consimiliter dicitur de nutritione generatione τ aug-
mentatione viuentis: ꝙ perfectio in his non attenditur
penes terminum ad quē: qꝛ tunc nutritio esꝫ perfectior
augmētatiane: quod est falsum: cum motori tempore cō-
petat viuentibus nutritia q̄ augmentatio: τ pꝫ conseq̄n-
tia: qꝛ terminus ad queꝫ nutritianis est substantia: τ ter-

minus ad quem augmentationis est q̄titatas: mado ꝑfe-
ctior est substātia q̄ q̄titas: sed earum perfectio attendi-
tur penes finem intentū a natura. Unde finis nutritio-
nis est preseruatio indiuidui viuentis: finis augmētatio-
nis est debita aperatio eiusdem: τ finis generationis est
continuatia specifica. Sed qꝛ debita operatio viuentis
perfectiar est. q̄ preseruatio eiusdeꝫ: qꝛ perfectius est vi-
uens debite aperari q̄ preseruari. τ perfectior est conti-
nuatio specifica q̄ aliqđ illoꝝ: ideo perfectiar est augmē-
tatio viuentis nutritione: τ generatio perfectior est aug-
mentatione τ nutritione. Item sensatio τ intellectio nō
campatātur dictis mutatianibus nisi ex parte potentie
vel obiecti in perfectione. Unde qꝛ potentia intellectia
perfectior est sensitiua: τ intelligibile perfectius est sensi-
bili: ideo intellectio perfectiar est sensatiane: τ qꝛ sensibi-
le perfectius est alimento: τ potētia sensitiua: perfectiar
est vegetatia: iō tā sensatio q̄ intellectia ꝑfectiar ē nutri-
tiōe: augmētatiōe: τ gn̄atione. ¶ Tex. ꝯmēti. 34.

¶ Quatenus ipso semꝑ τ diuino τ imortali eē
ꝑticipēt: sꝫ ꝙ possūt: oīa. n. illud appetunt: illi⁹
cā agunt omnia quecūqꝫ agunt sm̄ naturam.

¶ Quarta conclusio: causa finalis generationis est parti-
cipatio imortalitatis τ diuini esse: probat̄ illud est finis
generationis quod oīa appetunt: τ eius gratis omnia na-
turaliter agunt. Sed oīa appetunt imortalitatē τ vt ꝑti-
cipent esse diuinū oīa nālr̄ agunt: ergo ꝛc̄. maior pꝫ ꝑ dif-
finitiōeꝫ finis: τ minor declarat̄. nā oīa nālia appetūt bo-
nuꝫ eis possibile: τ q̄to est magis bonū: tanta magis illđ
appetūt: τ grā illius agunt. Sed imortalitatis participa-
tia τ diuinū esse est oib⁹ nālibus possibile: τ si nō secūdū
indiuiduū: tamē scd̄m spēm: qꝛ appetitus nālis nō est fru
stra primo celi: ergo aīa nālia appetunt imartalitatem: τ
ꝑpter diuinum esse agunt. T.c.32. Generatio est. (Qua-
tenus ipsa sempet esse τ diuina τ imortali participēt scd̄ꝫ
quod possunt) entia naturalia: (aīa enī illud) imartale
(appetunt: τ illius cā agunt quecūqꝫ agunt secunduꝫ na-
turam.) Quare. ¶ Textus cāmenti. 35.

¶ Illud aūt quod cuius causa fit duplr̄ est hoc
quidē cuius: illud vero quo. Qm̄ igit̄ cōicare nō
possūnt ipso semꝑ τ diuino ꝯtinuatiōe. ꝑpter
id qđ nihil cōtingit corruptibiliū idē τ vnū nu-
mero permanere sm̄ ꝙ pōt ꝑticipare vnūqđqꝫ
sic cōmunicat: hoc quidem magis: illud vero
minus: τ permanet nō idem: sed vt idem. Nu-
mero quidem non vnū: specie aūt vnum.

¶ Et ne ꝑcedamus in equiuoco: ad declarationem dicto-
rum Arꝫ. ponit vnā distinctianē de fine: dicēs: ꝙ duplex
est finis. s. finis quo τ itrinsec⁹: qui est quedā forma sub-
stātialis vel accidētalis: τ hunc finē nā appetūt ꝑncipalr̄
vltimate entis naturalia: τ est finis gratia cuius: qui ē fi-
nis ꝑncipaliter intentus τ vltimate: cuius gratia omnia
fiunt. s. deus benedictus: propter queꝫ finem alius finis
appetitur: qꝛ igitur oīa appetūt hunc finē qui est imorta-
litas τ ꝑticipatio diuini esse: τ corruptibilia nō possūt idi-
uidualr̄ ꝑpetuari tale esse: cū nullū tale sm̄ īdiuiduū pos-
sit ꝑpetuari: iō non appetūt illud sm̄ indiuiduū: qꝛ tales
appetitus essent frustra: cū terminarent̄ ad īpossibile: er-
go appetūt tale esse sm̄ ꝙ est eis possibile: sed illud est fi-
bi possibile secūduꝫ speciem: qꝛ species sunt eterne: ideo
entia nālia generabilia τ corruptibilia appetunt imorta-
litatem τ esse diuinum solum secūdum spēm: τ vt sic ꝑpe-
tuatia maneat: sibi silia nālr̄ producunt in spē. T.c. li.

le subiectum fabri: et nō clauifici: quia igitur lignum vt habet respectum ad formaz statue nō est lignum vt habet respectum ad formam domus. Ideo formale subiectum statuifici nō est formale subiectuz domificatoris: nec econtra. Etiam ferrum vt habet respectum ad formam clauis: nō est ferruz: vt habet respectum ad formā cultelli: ideo formale subiectuz clauifici nō est formale subiectuz fabri: nec econtra. Idem etiaz in scientiis declaratur. naz quātitas vna et eadem est obiectuz geometrie et philosophie: et tamē scientie specifice distinguunt. Similiter numerus est obiectuz musice et arismetrice: et tamen musica nō est arismetrice: nec econtra: et ita idē est obiectuz materialiter diuersarū scientiaruz: sed formaliter nō est possibile: qꝛ quātitas absolute et abstracte sumpta est obiectum formale geometrie: et quantitas vt cōiuncta materie sensibili est obiectuz philosophie: et qꝛ quātitas absolute sumpta: nō est quātitas vt cōiungitur materie sensibili: ideo obiectuz formale geometrie non est obiectuz formale philosophie: nec ecōtra. ¶ Itez numerus absolute sumptus est obiectum arismetrice: et vt sonorus est obiectū musice. Sed qꝛ numerus absolute sumptus nō est numerus vt sonorus: ideo formale obiectum vnius nō est formale obiectū alterius. Consimiliter in proposito dicatur qꝛ idez alimētum materialr sumptum: est obiectuz omniū potētiarū anime vegetabilis: sed nō formaliter. obiectuz enim formale potētie nutritiue est alimentū: vt nutritiuum: et augmētatiue: vt augmentatiuuz: et generatiue: vt generatiuū. Sed alimētuz vt nutritiuuz nō est alimētuz vt augmētatiuuz vel generatiuuz: nec ecōtra. ergo formale obiectuz vnius nō est formale obiectuz alterius. Anime igitur vegetabilis in cōi seu potentie vegetatiue vt est genus ad illas tres virtutes: obiectuz formale est alimētuz: vt alimētū: illaruz autez virtutū in speciali obiectū formale est alimentuz specificuz et cōtractū: eo modo quo dictum est. Ex his patet ratio nō procedit: qꝛ nō opꝫ potētias vel actus distingui penes materialez distinctionē obiectorū: sed penes formalez. ¶ Textus cōmenti. 43.

¶ Uidetur autem esse alimentum contrarium contrario: nō omne autem omni: sed quecūqꝫ contrariorūz nō solum generationem habent ex inuicem: sed et augmētuz. Fiunt enim multa ex inuicem: sed non omnia augentur: vt sanum ex laborante.

¶ Secunda cōclusio. licet alimētuz sit cōtrarium alito: nō tū omne cōtrariuz suo cōtrario est alimētū: prima pars patet: qꝛ nihil corrūpitur nisi a suo cōtrario. Sed alimētum corrumpitur ab alito. ergo est contrarium alito. Et secunda pars probatur. nihil potest esse alimentū alicui⁹: nisi sit augmentatiuū eiusdez: sed nō omne ꝯtrariuz est augmētatiuuz sui cōtrarij: ergo non omne cōtrariuz est alimētum suo cōtrario. maior patet. qꝛ nutritio insequitur augmētationez: et vbicūqꝫ est possibilis nutritio. ibi est possibilis augmentatio: et econuerso: minor vero declaratur ex hoc. naz sanitas et egritudo sunt contraria: et quelibet earuz fit ex altera ratione cōtrarietatis: tamen sanitas nō est augmētatiua egritudinis: nec ecōtra. Lege litteraz. (Uidetur autez esse alimentuz contrarium cōtrario). s. alito (nō omne autem) cōtrariuz est alimētum (omni) suo cōtrario: (sed quecūqꝫ cōtrariorūz non solum generationez habent ex inuicem: sed etiā augmētuz: fiunt eniz multa ex inuicez: sed nō omnia) aluntvel augmentāt: vt sanuz ex laborāte). s. ex egro fit: quorum nullū est augmētuz alterius. ¶ Notādūz primo sm ꝯmētatorez. cōmēto. 43. qꝛ Aristo. declarauit qꝛ illa extimatio. s. qꝛ vnū cōtrariūz est alimētuz alterius: nō inuenitur nisi in cōtrarijs que sunt in substātia: ita qꝛ substātia habens cōtrariuz est nutritiua et augmētatiua eiusdez: sed qualitas habens cōtrariuz nō potest illud nutrire vl' augere. ¶ Cōtra illud cōmētuz videtur esse Aristo. in predicamentis dicēs qꝛ subē nihil est ꝯtrium. ¶ Dicēdū qꝛ cōtrarietas sumitur dupl'r: primo stricte et proprie pro repugnātia qualitatū nō potētium simul esse in eodē subiecto: sꝫ successiue: quomodo ꝯtriātur caliditas et frigiditas: albedo et nigredo. Secūdo large et cōiter pro repugnātia rerūz determinātiuz sibi qualitates ꝯtrias: et sic inuicez cōtrariant ignis et aqua. seu forme substantiales illorū. De prima ꝯtrietate loquitur Ar. in predicamentis: et de scda loquitur cōmētator hic: ac etiā phs dum dicunt nutritum et nutritiuū inuicez ꝯtriari: qꝛ naturaliter habent qualitates cōtrarias: nō qdez in fine nutritionis: sed in principio ¶ Secūdo notādū sm ꝯmētatorez eodē ꝯmento qꝛ nutrimentū est ꝯtriuz nutribili: et ista extimatio nō est in oi cōtrario: sed in illis ꝯtrijs: que nō tātūz fiunt ab inuicem: sed et augmentant. Oppositū huic videtur dicere ꝯmēto. 44. qꝛ simile nutrit suū simile: et augmētat ipz: ꝯtriuz eniꝫ trāsmutat suū ꝯtriū: sed nō nutrit nec augmētat ipm: ista duo ꝯmenta nō repugnāt: qꝛ in primo loquitur de ꝯtrietate large sumpta: et in secundo de ꝯtrietate stricte sūpta. ¶ Dubitat. ꝯtria nō possunt stare sil': imo vnū fugit reliquū: sed nutritū nutrimētuz et auctuz stant sil'. ergo nullum illorū alteri ꝯtriat. cōsequētia tenet. minor in postpredicamētis. minor est nota: qꝛ nihil nutrit: nec aliqd auget nisi alimentū sit illi ꝯiunctū. ¶ Rn̄det qꝛ licz talia ꝯtria nō possunt sil' stare simultate adeqtiōis in eodē subiecto: tn̄ bn̄ stāt sil' simultate ꝯtiguationis prope se inuicē: quō stant sil' nutribile et nutrimentū. ¶ Textus cōmenti. 43.

¶ Uident aūt neqꝫ illa eodē modo adinuicē esse alimentum: sed aqua quidem igni alimentum est: ignis autem non alit aquam. In simplicibus quidē igit corporib⁹ hoc esse videt maxime: aliud quidē alimentū: aliud vero qđ alit.

¶ Tertia ꝯ. aliqualr ꝯparat alimētuz alito: qualr alituz nō ꝯparat alimēto: probat. alimentū taliter ꝯparat alito qꝛ nutrit alitū: sꝫ alituz talr ꝯparat alimēto qꝛ nō nutrit ipm: imo corrūpit. ergo et c. aña est notuz in singulis aiatis: in qbus reperit nutritio proprie dicta: in ertis aūt in qb⁹ nō repitur nutritio proprie dicta: idē pōt declarari: aqua eniz sic ꝯparat ad ignē: qꝛ est alimentū eius qꝛ ex additione moderate aque ad ignē fortificat et itendit ignis: eꝫ aūt ignis nō pōt esse nutrimētuz aque. Le. li. (Uidetur aūt neqꝫ illa eodē modo adinuicē esse) et ꝯpari. s. alituz et (alimētuz. Sꝫ aqua qdē igni alimētū est: ignis aūt nō alit aquā: in simplicib⁹ qdez corporib⁹ hoc esse videt maxime). s. qꝛ vnū alit aliud: et nō ecōtra. (aliud qdē alimentū) est: vt aqua: (aliud vero quod alitur:) vt ignis. ¶ Notandū sm ꝯmētatorē cōmento. 43. qꝛ aqua et vlr oia humida videntur esse nutrimentū ignis: ignis autē nō videtur esse nutrimētuz alicui: qꝛ nihil videtur intēdi et fortificari per cōuersionē ignis in suā nām: ignis autē bene intēditur et fortificat per ꝯuersionē humidi: et maxime si fuerit viscosum: vt oleum: vel aliud pingue: flāma eniz licinij cādele vel lampodis: nutritur per oleū et cerā. nec nō flāma carbōis p aquā guttatiz et dispsim illi imissaz: et nō eꝫ: qre et c. ¶ Text⁹ ꝯmē. 44. et 45.

¶ Dubitationem autem habet. Dicunt enim

bi quidem simile ali simili: sicut ⁊ augeri. Aliis autem sicut diximus econtrario videtur ali contrarium contrario: tanquaʒ impassibile sit simile a simili. Alimentum autem mutari ⁊ decoqui. Mutatio autem omnis in contrarium aut in medium.

T.c.45 ¶ Adhuc autē patit̄ aliquid alimentū ab eo qđ alitur: sed nō hoc ab alimento: sicut neqꝫ faber a materia sed ab illo hec: faber autē mutatur solum in actum ex ocio.

¶ Quarta ꝯclusio. Alimentū aliquādo est simile: ⁊ aliqñ dissimile seu ꝯrium alito. Ista ꝯclusio ponit̄ ꝯ duas opiniones antiquoꝝ. Quaꝝ pma dicebat ꝙ nihil alitur nisi a suo simili: ⁊ ratio erat ista: idē est obiectū nutritiōis ⁊ augmētationis vt patuit ꝯmēto. 4.z. sed in augmentatione nihil auget̄ suo dissimili: sed suo simili: qꝛ additum semꝑ est sīle ⁊ eiusdē nāe cū aucto. ergo pariformiter in nutritiōe nihil nisi suo simili nutritur. Secūda aūt opinio ponebat nihil nutriri nisi suo dissimili ⁊ ꝯrio: pmo qꝛ alimentū decoq̄t̄ ⁊ mutat̄ in aliū: nihil aūt mutat̄ in aliud nisi in suū ꝯriū simplr̄: vel in mediū qđ est ꝯriū sꝫ qd. ergo alimētū necessario est dissīle ⁊ ꝯriū alito: pma ps antecedētis est manifesta ex doctria medicoꝝ: ⁊ Auicē.

T.cō.6. 6°. nālīū. minor aūt declarat̄ .5°. physicoꝝ. albū. n. mutat̄ in nigrū qđ est ꝯriū simplr̄: aut in medium: puta in pallidū: vel rubeū: qđ est ꝯriū sm̄ qd: palidū. n. cōparatū albo videt̄ nigrū: ⁊ ꝯparatū nigro videt̄ albū. Scđo: agēs est ꝯriū patiēti: nō. n. simile a simili patitur: imo magis ꝑseruat̄: sed alimētū patit̄ a nutrito: ex quo alterat̄ ⁊ digeritur ab eo: illud aūt qđ alit̄ nō patitur ab alimento. ergo alimētū est ꝯriū ⁊ dissimile alito: totū antecedēs est manifestū pter vltimā partē: que sic arguit: ita se hꝫ alitū respectu alimēti: sicut artifex respectu sue mat̄. s. arche vel domus: qꝛ vtrobiqꝫ ꝯparat̄ agēns ad passū: artifex autē nō patit̄ a sua mā: sed ecōuerso: ⁊ si artifex aliqñ nō patitur: hoc est per accidēs: pro quāto exit de potētia ad actū: ⁊ ex ocio ad exercitiū. igit̄ ꝯsilr̄ alitū nō patitur ab alimēto: sꝫ eꝯ. Le. li. (Dubitationē aūt hꝫ) hoc qđ dictū est. (dicūt. n. hi qdē sīle simili ali: sicut ⁊ augeri: alys aūt sicut diximꝰ) in pma pte secūde ꝯclusiōis (ecōtrario videt̄). s. (ꝯtrariū ꝯrio) ⁊ dissimili nutriri: (tāqꝫ impassibile sit simile a simili:) ⁊ rō pma est: (alimētū aūt mutari ⁊ decoqui) opꝫ in nutritiōe: mutatio aūt ōis in ꝯrium aut in mediū:) scđa ratio. (Adhuc aūt patit̄ aliqd alimētū ab eo qđ alitur: sed nō hoc ab alimēto: sicut nec istructor a mā: sed ab illo hec: istructor autē mutat̄ solū in actum ex ocio.) ¶ Textus ꝯmēti. 45.

¶ Utrum autem sit alimentū qđ vltimo aduenit: aut qđ primo habet differētiaʒ. Si autem vtrūqꝫ sed hoc quidē nō coctū: illud aūt coctū: vtrobiqꝫ vtiqꝫ ꝯtinget alimētū dicere: inquātū enim nō coctū ꝯtrariū cōtrario aliter inquātū aūt coctū simile simili. Quare manifestū qđ dicūt quodāmō vtriqꝫ ⁊ recte ⁊ nō recte.

¶ Aristotiles aūt tenēs mediū iter istos dixit ꝙ duplex est alimētū. s. crudū: qđ pmo aduēit stōaco: seu illi ꝓportionabili: ⁊ alimentū coctū qđ est alteratū ⁊ ꝯuersū in nāʒ aliti: pmū alimētū est dissīle ⁊ ꝯriū alito. Scđm aūt est sīle illi: qꝛ factū ꝑ alteratiōnē ꝯsilis nāe cū eo: ⁊ ita pꝫ ꝙ ista ꝯrius ponētis mediū ⁊ ꝯcordātiā iter antiquos in aliquo bene ⁊ in aliquo male dicentes. Primū. n. asserētes sīle sili nutriri: bñ dixerūt. Sꝫ asserētes nihil suo dissili nutriri: male dixerūt; aly aūt recte dixerūt in hoc ꝙ oē qđ nutrit̄: suo ꝯrio ⁊ dissili nutrit̄. Sꝫ nō recte dixerūt asserentes nihil suo sīli nutriri: eo ꝙ alimētū in pn° est dissimile alito: ⁊ in fine sīle. Le. li. (Utrū aūt sit alimētū qđ vltimo aduenit: aut qđ p°: hꝫ dr̄ias si vō vtrāqꝫ) sunt alimētū: nō tū eodē mō: (sꝫ hoc qdē nō coctū). s. veniēs in pn°. (illud aūt coctū). s. qđ ꝯuertit̄ in fine (vtrobiqꝫ vtiqꝫ ꝯtigit alimētū dicere:) lꝫ vnū dicat̄ coctū: ⁊ aliud nō coctū: (inqꝫtū. n. nō coctū: ꝯriū ꝯrio alit̄: inqꝫtum aūt coctū: sīle sili: q̄re manifestū est: ꝙ dicūt quodāmō vtriqꝫ recte ⁊ nō recte.) ¶ Notādū ꝑ sꝫ ꝯmēta. ꝯmēto. 45. ꝙ nutrimētū dr̄ duobꝰ modis: dr̄. n. de illo: qđ adhuc nō digeritur: neqꝫ trāsmutat̄ in nām nutribilis. Et dr̄ ēt de illo qđ digestū est ⁊ trāsmutat̄ in nāʒ nutribilis: ⁊ qđ est sīle nature dicit̄ de digesta: ⁊ cōtrarium de indigesto nutrimentū nō digestū qđ est nutrimētū in potētia pōt dici vere ꝯrium: nutribile. n. nō agit in ipsum nisi scđʒ ꝙ est ꝯtrariū: nutrimētū aūt digestū pōt dici simile: nō. n. est para nutribilis nisi sm̄ ꝙ est simile: ⁊ tūc dr̄ nutrimētū in actu: vnde per nutrimētū coctū itelligunt nutrimentū in actu: ⁊ per nutrimētū nō coctū itelligit̄ nutrimētū in potētia. vbi gr̄a. sicut panis est nutrimētū nō coctū: ⁊ in po°: qꝛ pōt mēbro assilari: sꝫ ponis alteratꝰ: ⁊ vnitꝰ mēbro: hñs silitudinē cū illo: appellat̄ nutrimētum coctū ⁊ in actu. ¶ Scđo nōndū sm̄ ꝯmētatorē eodeʒ ꝯmēto: ꝙ nō est necesse vt ab oi patiēte potiat̄ agēs eo modo quo patiēs patit̄ ab eo: lignū. n. patit̄ a carpētario: sꝫ carpētarius nō patit̄ a ligno: nutrimētū. n. est illud qđ trāsmutatur in formā nutribilis: nō nutribile in formā nutrimenti: ita est de nutrimēto cū nutribili: sicut de carpētario ad lignū: nō sicut ꝯria q̄ꝝ eadē est mā. Cōpat̄ ergo nutrimētū ad nutribile: sicut lignū ad carpētariū: qm̄ sic carpentariꝰ nō patit̄ ea passiōe q̄ lignū a carpētario: ita nutribile nō patit̄ ea passiōe qua nutrimētū ab ipso nutribili: ⁊ nō ꝯparant̄ adiuicē nutritum ⁊ nutribile: sicut duo ꝯria elmtaria: quoꝝ eadē est mā: qꝛ mā vnius pōt eē ꝑ corruptionē mā alteriꝰ: ⁊ ecōtra. Sed mā nutrimenti pōt bene eē mā nutribilis: sed nō ecōuerso: qꝛ nutribile corrūpit nutrimētū. nō aūt eꝯ: nō igit̄ est odm nutribile nullo mō patia nutrimēto: qꝛ oē agens nāle cōicans in mā cū passo: in agēdo repatit̄. p° de ge. ⁊. 3. physicoꝝ. videmꝰ enim nutribile post sūptionē cibi ifrigidari ⁊ humectari: qđ apparet esse ex reactiōe nutrimēti in nutritū. Sꝫ nō patit̄ ea passione qua nutrimētū patitur a nutribili: qꝛ nutribile corrūpit nutrimētū: ⁊ ꝯuertit illud in sui nāʒ nutrimētū aūt solū alterat nutribile: remutēdo solū in eo aliquā q̄litatū pmaꝝ. ¶ Ex pdictis seq̄t̄ pmo ꝙ nullū nutrimētū dꝫ hr̄e qualitatē in sūmo. s. sūmā caliditatē vel frigiditatē: qꝛ oē agēs dꝫ hr̄e pdominiū supra suū passū: sꝫ nutritū est in nutrimētū agēs: ergo hꝫ nutritū dominiū supra nutrimētū: ⁊ hoc in q̄litatibꝰ pmis: qꝛ nō fit corruptio nutrimēti a nutribili nisi mediāte aliq̄ q̄litate pma. Secūdo seq̄tur ꝙ nutritū ⁊ nutrimētū nō debent esse ꝯria q̄cūqꝫ ꝯrietate: sꝫ ꝯrietate determiata tali ⁊ semꝑ ꝙ nutritū pdn̄et̄ nutrimēto. Unū si esset aliqđ viuēs: qđ hr̄et calorē nālē debilē: illi deberēt dari cibaria minꝰ cruda: ⁊ magis digesta: ⁊ hinc est ꝙ nō qđlꝫ nutrit̄ ex quolibꝫ: sed ex sibi determinato. ¶ Circa pdicta dubitat̄. arguēdo ꝙ nō ōis actio fit rōne ꝯrietatis: pmo qꝛ inter magis calidū ⁊ minꝰ calidū est actio: vbi nō est ꝯrietas: qꝛ ꝯrietas nō repit̄ nisi iter ista que nō sunt eiusdē spēi: mō caliditas itēsior ⁊ remissior sūt eiusdē spēi: ⁊ quia aqua calefacta agit in seipsam qñ se reducit ad fri-

T.c.5. T.c.6.

giditatē: ꝛ tamē ibi nō est cōtrarietas: qꝛ aqua nō ꝯriaṫ caliditati; nec aliqd aliud exñs in ea. siṫr sensibile agit in sensuz: ꝛ corpora celestia ī hec īferiora. ꝛ tñ sēsibile nō ꝯriaṫ sensui: nec corpora celestia his īferioribꝰ. Pro intelligētia dictoꝝ sit hec pma diuisio: duplex est ꝯrietas: mediata: ꝛ īmediata: ꝯrietas īmediata est illa cuiꝰ extrema nō hñt mediū: vt oppō puatiua: qꝛ īter habitū ꝛ puationē nō ꝯtingit dare mediū. s. forme: qꝛ mediū subicitur: de hac ꝯrietate loqṫ phs pmo physico. dicens pncipia esse ꝯria. s. formaz ꝛ puationē. s. musicuz ꝛ īmusicū: ꝯrietas aūt mediata est illa cuiꝰ extrema hñt mediū: vt opposito īter caliditatē ꝛ friditatē: aut īter albedinē ꝛ nigredinē. mediat. n. tepiditas īter caliditatez ꝛ friditatē: ꝛ rubedo īter albedinē ꝛ nigredinē. Scḋa diuisio: duplex est ꝯrietas mediata. s. cōpleta: ꝛ īcompleta. Contrarietas mediata cōpleta est illa cuiꝰ extrema in suo genere maxime distāt: vt ꝯrietas albedīs ꝛ nigredis: seu caliditatis ꝛ friditatis. Cōtrarietas mediata īcompleta est illa cuiꝰ extrema in suo genere nō distāt maxime: ꝛ sic dicunṫ ꝯriari ꝯria media cū extremis: ꝛ media īuicem: ac gradus ītēsioꝝ ꝛ gradus remissioꝝ eiusdē spēi: hāc distōnē innuit phs. 5. physicoꝝ: dicēs oēm motū esse de ꝯrio in cōtrariū. Tertia diuisio: aliq̄ dñr īuicem ꝯriari dupl̄r. s. formalr: ꝛ v̄tualiter: illa formalr ꝯriātur que sunt q̄litates nō potētes simul esse in eodē subto: sꝫ successiue: aut que hñt illas q̄litates: ꝛ sic ꝯrianṫ tam calidū ꝛ fridū q̄z caliditas ꝛ friditas: illa aūt ꝯrianṫ virtualiter que sunt q̄litates potētes simul esse ꝛ vna est corruptiua alteriꝰ: aut sunt entia hñtia tales q̄litates: ꝛ sic ꝯrianṫ caliditas formalis aque: ꝛ v̄tualis friditas eiusdē. Ex pma distinctione sequiṫ ꝙ ois actio siue sit subita siue successiua: siue spūalis siue mālis est rōne ꝯrietatis. s. īmediate: qm̄ ois talis actio nēcio est inter puationē ꝛ habitū: vel eꝯ. Ex secūda distōne seqṫ ꝙ nō ois talis actio est rōne contrarietatis mediate: qꝛ īmutationes spūales sensuꝫ ꝛ intellectus sunt actiōes: ꝛ nō sunt ratōe talis ꝯtrarietatis: qꝛ transeunt a mera negatiōe vel puatiōe ad habitum. Ex tertia distōne sequiṫ ꝙ non opꝫ. oēm actionē esse ratiōe ꝯtrarietatis formalis: sꝫ sufficit ꝙ sit rōne formalis aut v̄tualis: venenū. n. ītense calidū īterficeret aīal rōne friditatis v̄tualis: qua extinguit calorē nālez. ¶ Ad pᵐ dr̄: ꝙ inter magis ꝛ minus calidū est cōtrarietas incompleta: sufficiens ad motū ꝛ actionē. ¶ Ad zᵐ diciṫ: ꝙ in reductiōe aque est cōtrarietas virtualis: qua etiā ꝯtrarietate celuz agit in hec inferiora: qꝛ sicut sua virtus generat: ita eadē corrumpit hec īferiora. Est etiā omnis talis actio rōne cōtrarietatis īmediate qua sensibile agit in sensuz: ꝛ itelligibile in intellectū. De tali tamē cōtrarietate nō loquiṫ phs: sed solū de cōtrarietate corruptiua: modo nō corruptiue sed perfectiue sensibile agit in sensuz: ꝛ itelligibile in itellcm̄. ¶ Textus cōmē. 46.

T.c.64.

T.c.6.

Quoniam autem nihil alitur non participans vita. Animatū vtiq̄ȝ est corpus qḋ alitur inquantum aniatuȝ.

¶ Ista est secunda pars pncipalis huius tertij capituli: in qua Arist. postq̄ȝ determinauit de obiecto. potentie vegetatiue: determinat de actibus eiusdē: qui sunt nutritio: augmētatio: ꝛ generatio: ꝓportiōaliter secundū hūc ordinē ꝛ numerū ponendo tres cōclusiones. quaꝝ pma est ista: solū corpus animatū in quātū animatum aliṫ ꝛ nutriṫ. Secūda cōclusio augmētatio ꝛ nutritio sunt actus realr̄ distincti. ibi. (Est aūt alterū.) Tertia cōclusio generatio simpl̄r dicta a nutritiōe ꝛ augmētatiōe est realiter distincta. ibi. (Et generatiōis autez.)

Prima cōclusio sic ꝓbaṫ: solū illud ꝓprie nutriṫ qḋ participat vitā: sed nihil proprie participat vitā nisi corpus aniatū inquātū aniatuȝ. ergo solū corpus aniatū inquātum hoc nutriṫ ꝓprie ꝛ alitur: tꝫ ꝯñtia cuȝ minori: ꝛ maior declaraṫ. nā si aliqḋ inanimatū proprie nutriṫ: illud videṫ esse ignis: qꝛ de eius nutritiōe locutus est phus in pma parte huiꝰ capituli. Sed ignis nō ꝓprie nutriṫ: ꝓbaṫ. naȝ illud ꝓprie nutriṫ qḋ aliqd recipit in seipm̄ s̄m quālibet partē sui ad ꝯseruationē eius. pmo de generatione: sed cū ignis nutriṫ: nō nutriṫ alimentuȝ ad singulas partes eius: sed ꝯtinue fluit mare fluuiali: sic ꝙ vna pars corrumpiṫ: ꝛ alia aduenit. g̃ impossibile est ignē ꝓprie nutriri. Lege lr̄. (Quoniā aūt nihil aliṫ nō participans vitā: animatū vtiq̄ȝ erit corpus qḋ alitur inquātuȝ animatum.) ¶ Textus cōmenti. 46.

T.c.41.

¶ Quare ꝛ alimentum per se ad animatuȝ est: ꝛ non secundum accidens.

¶ Ex ista cōclusione īfert Aristo. ꝙ alimentū est ordinatum per se ꝛ non per accidens ad corpus animatum. pꝫ: quia corpus animatuȝ per se nutritur: ꝛ nō per accidēs: ꝛ alimentū per se ꝛ nō per accidēs est obīm corporis animati: vt nutribilis. g̃ alimentū vt sic ordinaṫ in corpus aniati. Lege lr̄. (Quare ꝛ alimentū ad aniatū est ordinatū per se: ꝛ nō s̄m accñs.) ¶ Notandū pmo s̄m Commentatorē cōmento. 46. ꝙ corpus nō nutriṫ nisi s̄m ꝙ hꝫ aīam: non s̄m ꝙ est corpus. si. n. corpus nutriretṫ s̄m ꝙ est corpus: ꝛ cuȝ reduplicatio reduplicet de omni: oē corpus nutriretṫ: qḋ est falsuȝ. ideo notāter dicit phs: ꝙ corpus animatū: s̄m ꝙ aniatuȝ nutriṫ: vt nullus credat corpus animatuȝ nutriri s̄m ꝙ corpus. ¶ Secūdo notandū s̄m Cōmentatorē codeȝ cōmento: ꝙ ista actio. s. nutritio attribuiṫ anīe essentialiter ꝛ nō accidētaliter: ꝛ partis anīe subſtātia cui attribuiṫ hec actio non est nisi virtus que īnata est habere istā actionē. Istud cōmētuȝ hꝫ difficultatē. qꝛ ex isto apparet seq ꝙ si alicui anīe attribuiṫ actus nutritiōis: eidē nō pōt attribui aliꝰ actus: qḋ est māifeste falsuȝ: qꝛ eidē anīe vegetatiue numero. r̄ñdent triplices actus spē distincti. s. nutritio: augmētatio: ꝛ generatio. Siṫr in aīolibus īperfectis habētibus fantasiā īperfectā. eadē est numero vegetatiua ꝛ sensitiua aīa: cui pter actū nutritōis respōdet actus sensationis ꝛ apprehensionis. g̃ istud cōmentū nō videṫ esse verum. ¶ Dōm qḋ Cōmentator nō capit subam stricte: sꝫ large ꝓ omni v̄tute inseparabili a suba: ideo ꝯcludit in fine eiusdē cōmenti: cū igiṫ cognouerimus actōeȝ illaꝝ ꝓpe. tūc cognoscemus subam illius v̄tutis ꝓpe: ītelligit ergo Cōmētator per subam cui attribuiṫ nutritio: v̄tutē nutritiuā: cui ēt s̄m Auicē. 6. nālium: nulla pōt correspōdere operatio preter nutritionem: hec aūt virtus nō est anīa: sed pars potētialis eius. ¶ Cōtra ꝯclusionē arguitur rōnibus Emp. quas assignat Albertus: ꝓbādo ignē ꝓprie nutriri: ꝛ pmo sic: in igne fit cōtinue deꝑditio ꝛ restauratio. ergo in igne est vera nutritio: tꝫ ꝯñtia: qꝛ vera nutritio nō est nisi restauratio deperditi: añs est māifestum: qꝛ ignis cōtinue aliqd acqrit sub eqnoctiali: ꝛ aliqd perdit sub polis. Secūdo sic: nutritio ꝓpe dicta. fit ꝑ hoc ꝙ nutrimētū recipiṫ in poris: quo recepto assimilaṫ ipsi mēbro: sꝫ ignis est corpꝰ valde siccū ꝛ porosuȝ: ī quo recipiṫ corpus dissile: ꝛ ei assimilaṫ: ꝯuertiturq̄ȝ in nām ignis. igiṫ ignis ꝓpe nutriṫ: cū ei nō deficiat cā. ¶ Intelligēdū pꝰ s̄m phꝫ ꝛ Cōmētato. in de morte ꝛ vi. ꝙ similitudo nutritōis viuētis sumiṫ a silitudīe ignis ī oleo. Uidemus. n. ꝙ si in lāpade supabūdet oleū: ignis suffocaṫ ab hūido: sꝫ si fuerit hūidū ꝯpetēs ꝛ ꝓportiōale: ignis ꝯser

u3tur: ꝛ nõ eꝰ. nã ignis ↄ̃ſumit humidũ: ſ3 hũidũ nõ ↄ̃ſumit ignẽ: niſi forte paccis: q2 ad diminutiõez hũidi remittiť ignis. Et ita eſt dõ3 de corꝑe viuẽte ſaltẽ formal̕r calo: in hoīe. n. ꝛ alijs pfectis aīalibus cor eſt exceſſiue calidũ: ꝛ vt tale calidũ nõ deficiat: ſ3 nutriať: natura dedit ei humidũ radicale: qđ ſi ſupflueret: extingueret calor nãlis cordis: ꝛ deficeret vita. Si aũt moderatum fuerit: ꝛ bñ ꝓportionatũ: cõſeruať corpus ꝛ diuti⁹ viuit: nõ tñ iſtud ſufficit ad lõgitudinẽ vite: q2 cũ3 calor nãlis ↄ̃tinue agat ĩ hũidũ radicale: ꝛ agẽdo reſoluat: cito deficeret humidũ radicale: niſi reſtauraret per humidũ cibale: ſicut cito deficeret ignis in lãpade: niſi nouũ apponeret oleum. Ex iſto dicto ꝛ altero in lr̃a ſeqtur ꝙ ignis nutrit: ꝛ cũ nihil nutriať vt aſſerit phs niſi corp⁹ aīatũ vt aīatũ: ſeqť ꝙ nutritio ſumiť dupl̕r. ſ. cõiter: ꝛ ꝓprie. Nutritio cõiter ſumpta eſt reſtauratio dep̃diti: ꝛ ſic nutriť ignis: nutritio ꝓprie dicta eſt reſtauratio dep̃diti facta ab aīa per intus ſuſceptiõez alimẽti: ꝛ ſic non nutriť ignis: ſed ſolũ corpus animatũ. ¶ Secũdo eſt intelligẽdum ſm Albertũ: ꝙ quadruplici de cauſa ignis nõ vere nutriť. Prima: q2 quãdo combuſtibile apponiť igni: nõ cuilibet parti ignis corñdet pars cõbuſtibilis: ſ3 in vera nutritiõe quel3 pars nutribilis nutriť: ꝛ aliqd recipit de alimẽto. Secũda cauſa: q2 vera nutritio fit per ptes organicas diuerſaru3 rõnum: vt per os: ſtomacũ ꝛ epar: aut per ꝓportõabilia his: modo ignis nõ h3 partes organicas: nec quãtitatiuas diuerſarũ rõnum. Tertia cauſa: q2 in vera nutritiõe humidũ d3 p̃us attrahi ad ſingulas partes nutribilis anteq̃ ĩflãmeť: ſed cũ apponiť lignu3 igni: hũidũ extrahiť ad ſupficiẽ ligni: ꝛ ibi ĩflãmať anteq̃ recipiať in igne. Quarta cauſa: q2 in vera nutritiõe d3 eẽ lõga duratio multarũ partiũ: l3 alique corrũpanť: aliter nutritio nõ eſſet motus ꝓprie dictus: ſed ignis ꝛ maxime hic ĩferius nulla pars diu manet: ſed eſt ↄ̃tinue fluxus ꝛ refluxus ptiũ more fluuiali. Et ex his p3: ꝙ rõnes nõ ↄ̃cludũt niſi ignẽ ĩproprie nutriri. ¶ Text⁹ cõ. 47.

¶ Eſt aũt alterũ alimento ꝛ augmẽtatiuo eſſe: ſm. n. ꝙ quantũ aliqđ animatũ eſt: auget. ſm vo ꝙ hoc aliquid ꝛ ſubſtantia nutrit.

¶ Scđa ↄ̃. nutritio ꝛ augmẽtatio ſunt actus real̕r diſtincti. ꝓbať dupl̕r. ꝛ p̃mo ſic: ex formali diſtõne obor̃. conuinciť actuũ realis diſtictio: ſ3 oba nutritõis ꝛ augmẽtatiõis formal̕r diſtiguunť. ğ ꝛc. maior p3: q2 ſciã ꝛ opĩo de triãgulo real̕r diſtiguunť: nõ obſtãte ꝙ ſit idẽ obm mãle. ſ. triãgulus: nõ aũt formale: eo ꝙ triangulus al̕r ↄ̃ſiderať vt obiectũ ſcie: ꝛ al̕r vt eſt ob3 opionis: minor aũt ↄ̃ſimiliter declaŕ. nã vt dcm̃ eſt. alimẽtũ eſt obm pñe nutritiue: ꝛ augmẽtatiue: ꝛ ↄ̃ñter nutritõis ꝛ augmẽtatiõis: ꝛ ita idẽ eſt mãle obm ambor̃ actuũ: ſ3 nõ eſt idẽ formale obm: q2 formale obm augmẽtatõis eſt alimẽtũ: vt q̃titatiuũ: formale aũt obm nutritiõis eſt alimentũ vt ſuba: vel vt q̃le. Le. li. (Eſt aũt alterũ alimẽto ꝛ augmẽtatiuo eſſe) Cõſtrue ſic. eſt aũt alterũ eſſe. ſ. formale ꝛ diſtinctiuũ alimẽto: ꝛ augmẽtatiuo. (ſm. n. ꝙ q̃tũ aliqđ aīatũ augmẽtatiuũ). i. ſm ꝙ augmẽtatiuũ qđ eſt alimẽtũ eſt aīatũ quãtũ: ſic eſt obm augmẽtatõis: (ſm aũt ꝙ hoc aliqd ꝛ ſubſtãtia alimentũ eſt:) ſic eſt obm potentie nutritiue: ꝛ cõgruum nutritioni. ¶ Textus cõmẽ. 47.

¶ Saluat enim ſubſtantiam: ꝛ vſq3 ad hoc eſt quouſq3 alatur.

¶ Secundo arguiť ſic: oĩs nutritio ſaluat ſubam indiuidui aliti: ita ꝙ ſuba indiuidui ſaluať vſquequo nutriť: qua nutritiõe deficiẽte: corrũpiť idiuiduũ: ſed nõ quel3 augmentatio ſaluat indiuiduũ: nec ipſum corrũpiť deficiẽte augmẽtatiõe. ğ nõ ſunt idẽ nutritio ꝛ augmẽtatio: maior eſt nota: ad experiẽtiã: ꝛ ↄ̃ceſſa ab oĩbus phĩs: minor vo p3: ex eo q2 ex nimia augmẽtatiõe. epe corrũpiť viuẽs: ꝛ cõiter per magnũ tp̃s ante deſinitionẽ ſimpliciter corpora viuentia amittũt actũ augmentatiõis: imo multotiẽs cũ diminutiõe viuẽtis ſtat nutritio. Lege litteram. (Saluat. n. ſubam) nutritio: (ꝛ vſq3 ad hoc eſt) indiuiduu3 (quouſq3 alatur:) qđ nõ cõtingit de augmẽtatiõe. ¶ Notandũ ſm Cõmenta. cõmen. 47. ꝙ aliqd eſſe nutrimentũ vel nutritiuu3 aliud eſt ab eſſe augmẽtatiuũ. nutritiuũ. n. dŕ ſm ꝙ ↄ̃ſeruat ſuba3 rei nutribilis ne corrũpať. dať enĩ aliquid ei loco diſſoluti: ꝛ ideo pmanet in eſſe dũ nutriť: ꝛ cũ ceſſat nutrimentũ corrũpiť: eſt aũt augmentatiuũ ſm ꝙ perficit quãtitatẽ eius naturalez: que diminuiť in pn⁹ ꝓpter neceſſitatẽ. Ecce ꝙ Cõmentator nõ panit diſtõnẽ realẽ inter nutritiuũ ꝛ augmẽtatiuum: ſed ſolũ formalẽ: vel rõnis: q2 nulli dubiu3 ꝙ eodem cibo vel nutrimẽto augeť ꝛ nutriť aliqs: ſed veru3 eſt ꝙ alia rõne dŕ obm nutritõis ꝛ alia augmentatiõis. ¶ Dubitať circa lr̃am. ſi. n. alimẽtũ vt ſuba eſt obm nutritiõis vel po͛ nutritiue. ğ oĩs ſuba eſt ob3 nutritiõis vel po͛ nutritiue. p3 ↄ̃ña: q2 dictio reduplicatiua reduplicat de oĩ. vñ phs in p̃ma ↄ̃ne ꝓpter iſtã cãm dicit: ꝙ corpus aīatũ inquãtũ aīatũ nutriť: ſuper quo verbo dicit Cõmentator: ꝙ corpus ĩquantũ h3 vitã nutriť: ꝛ nõ ĩquantum eſt corpus: q2 tũc omne corpus nutriret. Conſil̕r arguiť: ꝙ alimentũ vt quantũ nõ eſt obm augmentatiõis: q2 tũc omne quãtũ eſſet obm augmentatiõis: qđ eſt falſum: q2 celũ eſt quãtũ: ꝛ tamẽ nõ pñt eſſe obm augmẽtationis. ¶ Rñdeť negãdo ↄ̃ñam p̃mã: q2 ly. vt. vel ly ſ3. vel ĩquãtũ. nõ teneňť hic reduplicatiue: ſ3 ſpecificatiue: ſicut nõ ſeqť. medicus ĩquantu3 medicus curat. igiť oĩs medicus curat. ¶ Et ad ꝓbõnẽ dŕ ꝙ in p̃ma ↄ̃cluſione bene ſumebať ly ſm. reduplicatiue: hic aũt ſpecificatiue: ad denotandũ nõ ide3 eſſe obm formale nutritiõis ꝛ augmẽtatiõis: ita ꝙ alimentũ vt ſuba eſt obm nutritionis. i. alimentu3 vt conuertibile in ſubſtantiam aliti eſt obiectu3 nutritiõis: ꝛ vt quantũ eſt obiectu3 augmentationis. i. vt eſt extẽſibile ꝛ augmentatiuu3 eſt obiectum augmentatiõis. ¶ Textus cõmen. 47.

¶ Et generationis autem factiuu3 eſt: nõ eius quod alitur: ſed talis: quale eſt id quod alitur. Jam enim eſt ipſa ſubſtantia. Generat aute3 nihil ipſum ſeipſum: ſed ſaluat.

¶ Tertia cõcluſio. generatio ſimpl̕r dicta a nutritione ꝛ augmẽtatiõe eſt realiter diſtincta: ꝓbať: omne qđ nutritur vel augeť eſt cauſa effectiua ſue nutritiõis ꝛ augmẽtatiõis: ſ3 nihil qđ nutriť vel augeť eſt cã effectiua ſue generatiõis. ğ ꝛc. maior eſt nota: ꝛ minor dupl̕r ꝓbať. p̃mo q2 oẽ qđ nutriť ꝛ augeť eſt ꝛ fuit ſuba: illud aũt qđ gñatur nõ eſt nec fuit ſuba. ſcđo: q2 nihil gñãt ſeipm: ſed bñ ↄ̃ſeruat ſeipm: q2 inter gñãs ꝛ genitũ neceſſario eſt diſtinctio realis. Le. lit. (Et gñõnis aũt factiuũ nõ eius qđ alitur: ſed q̃le id qđ aliť) ita ꝙ illud cuius eſt nutritio non eſt factiuũ ꝓprie generatõis. p̃mo. (iam. n. eſt ipſa ſuba) aucta vel nutrita: ſ3 nõ que gñãtur. ſcđo (gñãt aũt nihil ip3 ſeip3: ſ3 ſaluat:) aliqd aũt bñ nutrit vel augmẽtat ſe ip3. ¶ Nõndũ p⁹ ſ3 Cõmẽta. cõmẽ. 47. ꝙ dña iter has duas actiões eſt. ſ. inter nutritiõe3 ꝛ gñõnẽ: quia nutrire eſt cõſeruare ſe: ꝛ generare eſt generare alterũ nõ ſe. impoſſibile eſt. n. ꝙ aliqd generet ſe. Ecce ꝙ Cõmentator ↄ̃format ſe ad concluſionẽ: ꝛ ponit diſtõnẽ inter generationez ꝛ nutritionẽ: ꝛ ↄ̃ñter inter generationẽ ꝛ augmẽ

tationē. ¶ Secūdo notandū fm Albertū ꝛ Egidiū: ꝙ aliqd est expediēs idiuiduo: ꝛ aliqd speciei. alimentū .n. qn̄tū ad illud qđ cōuertit̄ in alitū ordinatur nāꝑ ꝯser uatiōe īdiuiduū: sed illud qđ trāsit in semē ordinatur ad cōseruationē spēi. Semē ergo est superfluū alimenti: qꝛ est sup̄fluū īdiuiduo in quo est: ſꝫ nō est sup̄fluū spēi: ad cui⁹ cōseruationē ordinat̄: quare semē nō ordinat̄ ad ge nerationē eius in quo est: sed ad generationē similis in spē. Ex isto notabili sequit̄ p̄mo ꝙ nō ex eadē parte nu trimēti fit nutritio ꝛ generatio: qꝛ nutritio fit ex ea par te alimēti que cōuertit̄ in nām aliti: ꝛ generatio fit ex su perfluo alimēti. Secundo sequit̄ ꝙ per nutritionē indi uiduū saluat̄ in esse indiuiduali: ꝛ per generationē in eē specifico. pꝫ: qꝛ per nutritionē restaurat̄ deperditū: ꝛ per generationē ꝓducit̄ sile in spē. Tertio sequitur: ꝙ quādo viuēs sumit cibū vel potū: ꝛ plus cōuertit q̄ꝫ fuit deper ditū: ꝛ auctū: tale cōuersū appellat̄ superfluū. pꝫ: qꝛ sup̄ fluit nutritioni ꝛ augmentatōi. Quarto sequit̄ ꝙ si tale superfluū nō hꝫ viā exitus ꝛ expulsionis: cōuertit̄ in ma teriā venenosam ꝛ putridā: qꝛ. n. nō pōt cōuerti in mem brum: opꝫ ꝙ putrefiat. ¶ Cōtra conclusionē arguit̄ pri mo sic. oīs generatio est ꝓcessus de nō esse ad esse: ſꝫ tā nutritio q̄ꝫ augmētatio est hꝫ. ḡ. tam nutritio q̄ꝫ augmē tatio est generatio. maior ꝫ per Aristo. in postp̄dicamē tis: ꝛ minor est manifesta: qꝛ in omni nutritiōe ꝛ augmē tatiōe aliqd hꝫ esse post nō esse. Secundo: oīs conuersio alicui⁹ in nouā subām est generatio: sed nutritio est con uersio alimēti in nouā substātiā. s. aliti. ergo nutritio est generatio. p̄ma pars antecedentis est nota: qꝛ generatio nō est nisi substātialis trāsmutatio: minor vō est euidēs ex ꝓpria diffōne. ¶ Pro solutiōe huius difficultatis sit hec p̄ma diuisio quā Arist. ponit. 5. physi. s. ꝙ duplex est generatio. vꝫ. simpliciter: ꝛ fm quid: generatio simplici ter dicta est generatio subē: generatio ſꝫ qd dicta est ge neratio accidētis: ꝛ sic tam alteratio q̄ꝫ augmētatio pōt dici generatio. Ex isto notabili sequit̄ ꝙ nutritio si capi tur ꝓ alteratiōe nutrimēti nō est generatio ꝓprie dicta: sed fm qd. Si aūt ꝓ conuersione alimēti in subam ali ti: sic est generatio simpliciter: ꝛ non fm quid. Si aūt su mit̄ vt includit ambas mutatiōes: sic est generatio sim pliciter ꝛ fm quid collectiue: ꝛ nulla illarū diuisiue: im mo sic sumēdo nō est aliqua vna nutritio ſꝫ plures. Se cunda diuisio quā ponit Aristo. 7. metaphysi. est ista: ꝙ duplex est generatio simpliciter dicta. s. vniuoca ꝛ equiuo ca. Generatio vniuoca est illa qua generans ꝛ genitum sunt eiusdē speciei: vt generatio hoīs. Equoca est illa qua generās ꝛ genitū sunt diuersarū specierū: vt genera tio muli: seu muris: vel musce. p̄ma gnātio fit mediante semie deciso ab agente vniuoco: ꝛ scđa per putrefactio nem: seu mediāte semine diuersoꝝ in spē. Et iuxta hanc distinctionē est aduertendū ꝙ duplicia sunt animalia: quedā habēt semē dispersum per totū corpus: ꝛ talia nō possunt generare: nec habēt vim generatiuā fm Alber tum distinctā a nutritiua: vt sunt muli: ꝛ aīalia que ge nerant̄ per putrefactionē. Quedā habēt semen in deter minata parte corporis: ꝛ talia habēt v̄tutē generatiuam distinctā a nutritiua: vt homo: ꝛ equus. Tertia diuisio que colligit̄ ex dictis Aristo. in hoc secūdo est: ꝙ duplex est generatio simplr̄ dicta. s. cōiuncta ꝛ disiuncta. Gene ratio cōiuncta est illa qua genitū vnit̄ gignēti: ꝛ talis est gnātio qua gnātur aliqđ membꝝ seu aliqua pars corpo ris viuētis: ꝛ sic cōuersio nutrimēti est generatio: ꝛ cōse quēter nutritio: gnātio aūt disiuncta est illa qua genitū separat̄ a gignēte: ꝛ talis est gnātio qua homo hominē generat. Dicat̄ ergo ꝙ Aristo. loqtur de gnōne simplici ter dicta: ꝛ nō fm qd. De gnōne vniuoca: ꝛ non equoca. De generatiōe disiuncta: ꝛ nō cōiuncta: ꝛ per hoc soluit̄ p̄ma ꝛ secūda ratio: qꝛ conceditur augmentationē esse ge nerationē fm qd: ꝛ nutritionē esse generationē simplr̄. s. coniunctam: nō aūt disiunctā: de qua fit mētio in pre senti. ¶ Dubitat̄ circa secundam diuisionē: qꝛ cuicūqꝫ ab aliqua essentia fluunt plures passiones se habētes essen tialiter fm p̄us ꝛ posteri⁹: in quocūqꝫ reperit̄ p̄or in eo dem reperit̄ quelibet posterior. Sed ab essentia anime vegetatiue fluūt essentialiter fm p̄us ꝛ posterius nutri tiua: augmētatiua: ꝛ gnātiua. ergo in quocūqꝫ reperitur nutritiua reperit̄ augmentatiua ꝛ gnātiua: ſꝫ in mulo ꝛ in alijs aīalibus genitis equoce reperit̄ nutritiua. ḡ in quolꝫ eoꝝ repit̄ augmētatiua ꝛ gnātiua. p̄ma pars ante cedentis est manifesta: qꝛ in quocūqꝫ repit̄ disciplinabi le: in eodē repit̄ risibile: ꝛ māsuetū natura: ex quo ab hu manitate fluūt eēntialr̄ fm p̄us ꝛ posteri⁹ risibile: disci plinabile: ꝛ māsuetū nā. ¶ Rn̄det̄: ꝙ sicut gressibile est passio aīalis: ꝛ tamē nō repit̄ in quolꝫ aīali: ꝛ symitas est passio nasi: ſꝫ nō qlibet nasus sit symus: ita generati uum est passio aīe vegetatiue: ꝛ tamē nō repit̄ in qualꝫ aīa vegetatiua. Et ꝯsiter dr̄ ꝙ generatiuū nō est passio eēntialis aīe vegetatiue: sicut nec gressibile aīalis: nec symitas nasi. passio. n. essentialis conuertit̄ cum suo sub iecto: qꝛ fluit ab eo rōne forme: modo generatiuū nō cō uertit̄ cū aīa vegetatiua: sicut nec gressibile cū aīali: nec symitas cū naso: qꝛ tales passiōes fluunt a subiectis suis rōne materie: ꝛ nō ratione forme. De augmētatiua aūt dico ꝙ essentialr̄ fluit ab aīa vegetatiua: sicut nu tritiua: ꝛ ꝙ vbicūqꝫ repit̄ nutritiua repit̄ augmētatiua: ſꝫ nō vbicūqꝫ repit̄ nutritio repit̄ augmētatio: qꝛ illud nō ꝓuenit ex defectu potētie: sed ex defectu materie: vt instrumēti: sicut in quocūqꝫ reperit̄ disciplinabile: repe rit̄ risibile: ꝛ tamē in aliquo reperit̄ disciplinari: in quo nō reperitur ridere: imo aliqd est risibile: quod non po test ridere. ¶ Textus cōmen. 48.

Quare huiusmodi anime principium potētia est possibilis saluare suscipiēs ipsum: fm ꝙ est. huiusmodi alimen tum aūt preparat operationē. Unde priuatum alimēto non pōt esse.

¶ Ista est 3ª ps p̄ncip̄lis h⁹ tertij capl̄i: i q̄ Ar. determiat de potētijs aīe vegeta.: postq̄ꝫ determiauit de actib⁹ ꝛ ob iectis illarū: ponēdo duas ꝯnes: quarū p̄ma est ista po ā aīe vegetabilis est po potēs saluare suscipiēs alimētū fm ꝙ h⁹. Scđa ꝯ vltima poª aīe vegetabilis est po po tens gnāre sile in spē. ibi. (Qm̄ aūt a fine.) Prima ꝯ ar guit̄ sic: alimētū fm ꝙ h⁹. preparat opōnē po nutritiue: que dr̄ p̄ma v̄tus aīe vegetatiue: ꝛ idē alimentū saluat suscipiēs ipm: ſꝫ passiue. ḡ po nutritiua que dr̄ p̄ma vir tus aīe vegetabilis actiue saluat suscipiēs alimētū. Pri ma pars añtis est nota: qꝛ deficiēte alimento nō opat̄ poª nutritiua. Scđa ēt pꝫ: qꝛ p̄uatū alimēto parū pōt vi uere. vn̄ alimentū est ꝓpa mā po nutritiue: sicut ferrū artis fabrilis: q̄re sicut sine ferro ars fabris suas opera tiōes exercere nō pōt: sic nec v̄tus nutri⁹ sine alimēto. L. e. li. (Quare) seqt̄ ex p̄orib⁹: ꝙ (huiꝫ aīe) vegetabilis (p̄n.): qđ est v̄tus nutritiua (po est potēs saluare susci piēs ipꝫ) alimētū (fm ꝙ h⁹: alimētū aūt preparat ope rationem) potētie nutritiue. (vnde p̄uatum alimento nō potest esse.) ¶ Textus cōmen. 49.

¶ Quoniaꝫ aūt sunt tria. Qđ alitur. Quo ali tur. ꝛ alens. Alens quidem est prima anima.

T. c. 27.

T. c. 28.

Quod vero alitur est habens hanc. Corpus vero quo alitur alimentum.

¶ Ex ista cõclusione Ar. īfert correlariū: q ad nutritionē tria pncipalr ɔcurrūt. s. alēs: alitū: ⁊ quo alit: alēs est aīa: alitū est corpus: ⁊ quo alit est ipz alimentū. Le. lit. (Omē autē) ita est: sequit q in nutritione pncipalr. (sunt tria: qd alitur: quo alitur: ⁊ alēs: alēs qdē est pma anima). s. vegetatiua (qd vero alitur est hēs hāc). s. (corpus quo vero alitur alimētū) est. ¶ Notādū scdz cōmentatorē cōmēto. 48. q actiones aīe sunt diuerse fm diuersitatē finiū: lz subz sit idē. s. nutrimētū: ⁊ necesse ē vt ille actiones sint attribute alicui virtuti: ⁊ cū ita est: necesse est: vt hoc pnm. aīe. s. virtus nutritiua sit virtus: que pōt ɔseruare ens in sua forma fm dispositionē. ¶ Ex quo cōmēto sequit pmo q diuersitas operationū nō est ex diuersitate obiectoꝝ: saltē mālium: sed ex diuersitate finiū: qz cūz nutritio: augmētatio: ⁊ generatio habēt diuersos fines: ideo distinguūtur: finis. n. nutritionis est restauratio dependiti: ⁊ finis augmētationis est attingētia debite qntitatis: ⁊ finis gnātiōis est pseruatio spēi. ¶ Scdo sequit q potētia nutritiua nō est anima vegetatiua: sed pncipiū ⁊ pma virtus eius: cui īmediate: lz non pncipalr attribuit opus nutritiōis. nō. n. potentiā nutritiuā vocaret pncim ⁊ vtutē aīe si esset aīa. Huic videt obuiare lra. dicit. n. phs in correlario: q ad nutritionē tria requirunt. s. aīa: alimentū: ⁊ corpus: vbi nullā mentionē facit de nutritiua. ergo vult nutritiuā idem esse realiter cum aīa. Ista rō nulla est: qz si concluderet potentiā nutritiuā esse animam: ex eo q nō nominat eam: per idem cōcluderet calorē naturalē esse corpus animatū: qz de illo nullā mentionez facit. Dico ergo q ibi loquit de tribus pmo ⁊ pncipaliter cōcurrentibus: vnū actiue: vt anima: vnū subiectiue: vt corpus: ⁊ vnū obiectiue: vt almentū istrumentaliter aūt possunt alia cōcurrere: vt tangit Aristo. in sequenti conclusione. s. de instrumento coniuncto ⁊ separato ⁊c. vt videbit. ¶ Textus cōmenti. 49.

¶ **Quoniam aūt a fine appellari omnia iustuz est. Finis aūt est generare quale ipsum. Erit vtiqz prima anima generatiuum quale ipm.**

¶ Secunda cōclusio. vltima potētia anime vegetabilis est potētia potens generare sibi simile in specie. pbatur actus ⁊ potētie īuicē correspondēt: ita q pmo actui correspōdet pma potētia: ⁊ secūdo actui secūda potentia: et sic vltra: sed finalis ⁊ vltimus actus anime vegetabilis est generare sibi simile in spē. igit finalis ⁊ vltimata potentia aīe vegetabilis est potētia potens generare sibi sīle in spē: tz ɔña cum maiori: qz cuilibet potētie respōdet proprius actus: minor aūt est manifesta: qz nobilissimus anime vegetabilis actus est generare simile in specie: ⁊ per ɔñs est vltimus. Lege lram. (Quoniā aūt a fine appellari omnia iustuz est: Finis aūt) aīe vegetabilis (est generare) tale (qle ipm) aīatuz est: (erit vtiqz pma aīa) per vltimā virtutē suam ens (generatiuuz) alicuius (quale ipsum) corpus animatuz est: cuius ipsa est forma. ¶ Textus cōmenti. 50.

¶ **Est aūt quo alitur dupliciter sicut ⁊ quo gubernatur ⁊ manus ⁊ temo: hoc quidē mouēs ⁊ motum. Illud aūt mouens solum.**

¶ Ex ista cōclusione ⁊ alia pcedēti īfert Arist. correlarie q aīa vegetabilis nō exit ad aliquē actū suū nisi cōcurrente duplici īstrumēto. s. ɔiuncto ⁊ separato: ⁊ maxime quādo exit ad actū nutritiōis. tunc. n. cōcurrit īstrumentuz cōiunctū: qd est virtus nutritiua: ⁊ īstrumentū separatū: qd est calor naturalis: nō qdē separatū loco: sed subiecto: qz vtus nutritiua est subiectiue in aīa: ⁊ nō calor naturalis: duplr ergo ostendit hoc: ⁊ pmo sic: sicut est in arte: ita in natura: sed in arte. s. in gubernatiōe nauis cōcurrūt duo īstrumēta vz. manus: ⁊ temon: quoꝝ temon mouet nauim: ⁊ mouet ab alio extrīseco ⁊ sepato. s. a manu: manus aūt mouet temonē: ⁊ nō mouet ab aliquo extrinseco: qz si mouet: hoc est ab aīa: vel a gubernatore: quoꝝ nullū est sibi extrinsecū: sed cōiunctū. igit eodem modo in natura. Cū aīa vegetabilis cōcurrat ad actuz suū ⁊ salutē nutritōis: videt q habere debeat duo talia instrumēta. Lege lram. (Est aūt quo alit duplr). s. īstrumentū nutritiōis est duplex (sicut ⁊) rostrum (quo gubernat) nauis. s. (⁊ manus ⁊ temon: hoc qdē mouens et motū). s. temon (illud aūt mouēs solū). s. manus. p qnto nō mouet ab extrīseco. ¶ Textus cōmē. 50.

¶ **Omne aūt alimentum est necessariuz decoqui. Operatur autē decoctionē calidū. Unde omne animatū habet calorē.**

¶ Secundo argūit nō solū de possibili sed de facto. naz aīa vegetabilis nō exit ad actū nutritionis nisi almētum decoquat: sed oīs decoctio fit a calido. ergo exit ad actum nutritiōis mediāte calido: qd est instrumentū separatū ⁊ distinctū a virtute nutritiua. Ex quo sequit q omne animatū hz calorē: qz omne aīatū hz aīam vegetatiuam: sed nō reperit anima vegetabilis absqz calore. g. Lege lram. (Omne aūt alimentū necāriū est) posse (decoqui) in nutritōe: (operat aūt decoctōez calidū. Unde omne aīatuz hz calorē) ⁊ sicut pbatū est aīam vegetatiuā nō exire ad actum nutritiōis: nisi concurrat caliditas instrumētaliter: ita pōt pbari ipsam nō exire ad actū augmentatiōis vel generatiōis nisi cōcurrat caliditas. pmo: qz isti actus psupponūt nutritionē. secūdo: qz sunt nobiliores: ⁊ ita aīa vegetabilis quādo exit ad actū nutritōis hz duo instrumēta cōiunctū: qd est vtus nutritiua: ⁊ separatū: qd est caliditas: quādo vo ad actuz augmētatiōis: instrm cōiunctū est vtus augmētatiua: ⁊ separatū caliditas: in gnatōe vo īstrumentuz separatuz est ipsa caliditas: cōiunctū vo virtus gnātiua: nō obstāte q sit subiectiue in materia: qz etiam est subiectiue in aīa. ¶ Notandū circa dicta: q alimentū nutritio potentia nutritiua: ⁊ aīa vegetabilis: se habēt per ordinē: ita q vnum alterū presupponit: ⁊ cuiuslz illoꝝ officium vel natura per numerū quaternariuz complet. Primo nāqz alimentū dz habere quattuor conditiōes: vt colligitur de ītentione phi ⁊ Cōmentatoris: hincinde in hoc tractatu de nutrimēto ⁊ nutribili. Quarū pma est dissimilitudo ⁊ cōtrarietas in pncipio: qz in nutritiōe necessario est altetatio ⁊ actio corruptiua forme substātialis nutrimēti: ⁊ īductio alterius forme substantialis: qd nō potest fieri nisi cū dissimilitudīe ⁊ cōtrarietate. Secunda cōditio est similitudo ⁊ cōuenientia in fine. nā nutritio fit isto modo: q alimentū mittit ad singulas partes: restaurādo deperditū: ⁊ generando membꝝ vel partes eius: qd nō potest fieri absqz similitudine ⁊ cōueniētia. Tertia cōditio est remissio qualitatū pmaruz: qz cibus nō dz habere qualitates in summo: nec multū intensas. vnde sūme calidum vel sūme frigidū non nutriret: propter quā causam elementū nō potest nutrire: qz nutribile debet obtinere supra nutrimentū: sed ipsuz nutribile nō habet qualitates sūmas. ergo a fortiori nec nutrituz. Quarta ɔditio est debita proportio: ⁊ cōmensuratio nutrimēti ad nutritū: ita q habentia calorem naturalem debilem requirunt decoctionem cibi: vt facilius dige-

ratur. Unde cruda sunt difficilis digestiõis aliquibus: que alijs difficilia nõ sunt. bruta enĩz comedunt carnea crudas: quas faciliter digerunt: ⁊ easdem nisi coctas nõ posset homo bene digerere. Etiaz inter indiuidua eiusdem spẽi nõ reperit̃ digestiua consimilis vigoris: eo q̄ in q̄busdã fortior: ⁊ in q̄busdã debilior ĩuenit̃. ¶ Secũdũ se habẽs per ordinẽ est ipsa nutritio: que dz habere quattuor digõnes. vt colligit̃ de itentione phi in lib. de morte ⁊ vita. ꝑma est masticatio: ⁊ hec fit in ore: vbi non separat̃ purũ ab impuro. Secũda ꝯuersio est cibi in chilum: ⁊ hec fit in stomaco: vbi separat̃ purũ ab ĩpuro: purum mittit̃ ad epar: ⁊ impurũ ad ĩtestina. Tertia est conuersio chili in sanguinẽ: ⁊ hec fit in epate: vbi ẽt separat̃ purũ ab ipura: purũ mittitur ad membra: ⁊ impuruz ad vesicã. Quarta est cõuersio sanguis in substantiã mẽbri: ⁊ hec fit in membro: vbi ẽt separat̃ purũ ab impuro: purum cõuertit̃ in membrũ vel in aliquã partẽ eius: impurũ emitit̃ per sudorẽ. ¶ Tertiũ se habẽs per ordinẽ in nutritiõe est potẽtia nutritiua: cui quatuor ꝓpetates respõdẽt: vti hẽtur in libro de differẽtia spũs ⁊ aĩe: ⁊ in .6. nãlium Auicẽne. ꝑma est attractiua. nullũ .n. mẽbrũ nostri corporis põt notabili tempore manere sine nutrimento: requirit̃ ergo q̄ nutritiua in eo hẽat virtutez attractiuã: que possit interius attrahere nutrimentũ. Secunda est retẽtiua: qr .n. alimentũ rõne sue grauitatis vł leuitatis passet moueri a loco nutritiõis ⁊ alterationis. iõ exigit̃ patentiã nutritiuã habere virtutẽ retentiuaz alimẽti in loco alteratiõis. Tertia est digestiua: qr .n. alimentũ nõ pãt cõuerti in subam nutriti sine digestione: ideo expedit ponere in membra virtutẽ digestiuaz: que est ꝓpetas potẽtie nutritiue. Quarta est expulsiua. nam in qualibet digõne separat̃ nociuũ a iuuatiuo: requirit̃ ergo q̄ in codẽ mẽbro sit ṽtus expulsiua. sequestrãs nociuũ a iuuatiuo: ⁊ hec est quarta ꝓprietas: seu ṽtus potẽtie nutritiue. ¶ Quartũ se hñs per ordinẽ in nutritiõe est ipsa anĩa vegetabilis: que fm̃ phm̃ est causa ꝑncipalis nutritriõis cui rñdẽt quatuor instrumẽta: duo actiua: ⁊ duo passiua vt colligit̃ de itent õe Aristo. ⁊ Cõmentatoris in hoc scdo: ⁊ in de morte ⁊ vita. ꝑmum istrumẽtuz est patẽtis nutritiua: sine qua compleri nõ passet opatio nutritiõis: sicut nec homo sine risibilitate risuz. Secundũ est color naturalis: quo anĩa decoquit alimẽtum vt digerat̃ ⁊ cõuertat̃ in subam aliti: ⁊ hic calor naturalis aliq̃n iuuat̃ per calorez extrinsecũ icorporatum stomaco vel alteri mẽbro: aliquãdo a frido circũstante per antiparistasim. cũ .n. frigus circũstat corpus viuens: calor nãlis ipsius viuentis recurrit ad iteriora: ⁊ sic itendit̃. ⁊ ꝯñter eo fit melior digestio. Et ista est causa: quare corpora humana sunt colidiora in hyeme q̄ in estate .s. ꝓpter friditatẽ cĩcũstantẽ: intus mittẽtẽ caliditatẽ: ⁊ eadẽ causa cõtingit habitãtibus in regionibus fridis: q̄ sunt calidiores ⁊ melius digerũt: q̄ habitantes in regionibus calidis. Tertiũ instrumentũ est humidũ radicole: sine quo nõ passet compleri nutritio: qr calor naturalis cõtinue corrumpit humidũ illud: ⁊ vt corruptũ restauret̃ ꝓpter longitudinẽ vite: natura adhibuit nutritionẽ. hz .n. calidũ naturale seu humidũ radicale vt cõiter dr̃ nõ est aliqua qualitas: sed vnũ corpus subtile calidũ vel humidũ: ita q̄ colidũ naturale: ⁊ humidũ radicale: sunt duo corpora ĩuicẽ ꝓpinqua: quaꝝ vnuz agit in reliquũ: ⁊ hoc duplici contrarietate. ꝑma est. qr calor naturalis hz magnã siccitatẽ: ⁊ humidum radicale magnam humiditatẽ: modo humiditas ⁊ siccitas sunt contraria. Secũda cõtrarietas est. qr calidũ naturale hz intensam caliditatẽ: ⁊ humidũ radicale remissaz caliditatem: modo ĩtensa caliditas ⁊ remissa caliditas cõtrariãtur cõtrarietate incõpleta. Quartũ instrumentũ est nutrimentũ. vt testat̃ Cõmenta. cõmento. 48. nã sicut anima vegetabilis nõ pãt nutrire sine caliditate: ideo caliduas est instrumentũ eius: ita nõ patest nutrire sine alimento. ideo alimentũ est instrumentũ eius: hz igit̃ anĩa vegetatiua duo instrumenta actiua: quoꝝ vnuz est conunctũ: vt patentia nutritiua: ⁊ aliud separatuz: vt calor naturalis. Duo etiã instrumenta passiua: quoꝝ vnũ semper est presens. s. humidũ radicale: ⁊ aliud cum interruptiõe temporis. vz. nutrimentũ. Et ita nõ est iconueniẽs idẽ esse obm ⁊ instrm in ṽtutibus actiuis in passiuis aũt forte esset iconueniẽs. ¶ Textus cõmẽ. 50.

¶ Figuraliter quidem igitur alimentum quid sit dictuz est: certificandum autem de ipso posterius in proprijs rationibus.

¶ Ex his Aristo. epilogat circa determinata: dicens (Figuraliter) .i. exemplariter ⁊ superficialiter (quidẽ igit̃ alimẽtũ quid sit dcm̃ est: certificandũ est aũt pasterius de ipso in proprijs rõnibus) .s. in libro spãli de nutrimẽto ⁊ nutribili: quez plures asserunt Aristo. fecisseq̄ nondũz ad nos ꝑuenit: in quo dr̃ spãles rõnes tradidisse de ipso alimento: vel dicat̃ q̄ certificandũ est de alimento in ꝓprijs rõnibus. s. in libro de generatiõe: vbi tradit̃ de nutritiõe ⁊ augmentatõe: ⁊ in libro methauroꝝ: vbi declarat̃ materia digestionis: ⁊ in libro de aĩalibus: vbi describit̃ modus generatiõis: ⁊ introductionis anime. vnde Cõmẽtator. cõmẽto. 50. Sermo de augmẽto ⁊ nutrimento nõ perficit̃ nisi in pluribus libris: in libro enĩ de genera. ⁊ corrup. determinatus est motus augmẽti ⁊ diminutiõis: in libro methauraꝝ determiãti sunt modi coloꝝ: ⁊ modi actionũ: vt decoq: ⁊ assari. In libro etiam de animalibus determinatũ est quot sunt istrumenta illius ṽtutis in vnoquoq3 aĩali: ⁊ q̃n complet̃ actio per istã in vnoquaq3 hoꝝ: ⁊ per quot membra: ⁊ quo modo seruiunt illa membra illi: ⁊ qualis est ꝓpartio eorum in ista actione inuicẽ: ⁊ illud qd̃ determinatũ est hic de nutrimento: nõ est nisi ꝑmus motor: ⁊ ꝑmũ istrumẽtũ tantum: lz igit̃ determinet̃ de nutritiõe ⁊ augmentatiõe in multis libris: nõ tamẽ codẽ modo. Nã in ꝑmo de gene. determinat̃ de illis per comparationẽ ad motuz: declarando nutritionẽ vel augmentationẽ esse verũ motum vel mutationẽ: ⁊ in hoc scdo de aĩs per cõparationẽ ad ipsam aĩam: demonstrãdo nutritionẽ ⁊ augmentationez esse ꝑncipaliter ab aĩa: ⁊ nõ ab aliquo elementoꝝ: ⁊ alimentũ esse obiectuz aĩe: ⁊ nullius alterius forme. In quarto ṽo metheuroꝝ determinat̃ de nutritione et augmentatiõe per comparationẽ ad calorẽ naturalem: vel extraneũ: ostendẽdo digestionẽ esse ex calore fm̃ diuersos modos. s. elixatõis frixatiõis ⁊ assatõis. In libro aũt de aĩalibus determinat̃ de eisdẽ per comparationem ad membra: declarãdo nutritionẽ ⁊ augmentationem esse ꝓpter membra: vt ex his aĩa possit melius et expeditius exire in operatões suas. ¶ Notãdũ ꝑmo secundũ Auicen. 6. naturaliuz: q̄ anĩa vegetabilis hz tres vires: vnã nutritiuã: que est vis cõuertens corpus a corporeitate in qua erat in similitudinẽ corporis ĩ quo est: ⁊ vngit ei pro restauratiõe eius qd̃ dissolutuz est ex illo. Aliã augmentatiuã: que est vis augẽs corpus in quo est ex corpore qd̃ assimilat illi augmẽto ꝓpartõabili in oĩb⁹ suis dimẽsiõib⁹: que sũt lõgitudo: latitudo: ⁊ spissitudo: vt ꝑducat rez ad ꝑfectõez. Tertiã vim gñatiuã: que est vis acciphẽs de corpore in quo est partẽ illi siĩez in po⁹: ⁊ ꝯuertit eaz in siĩitudinẽ ipsius in effectũ: hec Auicẽna.

¶ Secūdo notandū ſm Auicē. ibidē: φ omne mēbrū hʒ
ṽtutē nutritiuā ꝓpriā: que permutat nutrimentuꝫ in ſi-
militudinē eius ⁊ vnit ei: ⁊ nō eſt: inquit ipſe: talis diſpoſi-
tio aliaꝝ viriū vegetabiliū. imo nutritiua ſeruit augmē-
tatiue. que nō appetit niſi augere ⁊ extēdere reꝫ: ⁊ ambe
deſeruiūt gnātiue; Ita φ augmētatiua ꝑcipit nutritiue
⁊ gnātiua vtriqꝫ. oīs. n. virtus nutritiua: inquit ipſe: appe-
tiť ad hoc vt per eam ↄſeruet̃ ſuba cuiuſꝫ ſingularis: ⁊
augmētatiua appetit vt ꝑ eam ꝑficiat̃ ſuba ſingularis:
ſʒ gnātiua appetiť vt per eam maneat ſpēs: ⁊ concludit.
Nutritiua ģ reſtaurat qđ reſoluit̃ de ſingulari: ⁊ gnāti-
¶ Tertia conclusio: aliqua visibilia sunt visibilia taz in tenebris q̄z in lumīe. Ista ɔclusio est manifesta de igne: qui videtur in tenebris: cum ad suam visionem nō indigeat lumine alieno: ignis enim est naturaliter lucidus: ergo potest ꝑducere lumen in medio sine indigentia alterius lucis vel luminis. Sed φ ignis videatur in lumine manifestum est: siue multiplicet proprium lumen: siue nō: sicut calor. Unde color nō potest videri nisi in lumine alieno: ideo nō videtur in tenebris. lucentia autez innominata videntur lumine proprio: sed solum in tenebris: quia concurrente alio lumine fortiori nō videntur secundum naturam lucis sed solum secūdum naturam coloris: quā participant: ignis autē quia est simpliciter lucidus: licet nō sit tante luciditatis sicut sol: tam in tenebris q̄z in lumine videtur secunduz naturam lucis: ꝛ tā in tenebris q̄z in lumine potest videri proprio lumine: dummodo lumen suum sit tante intensionis vel maioris sicut lumen extraneum. Lege litteraz. (Ignis autē in vtrisq̄ videtur ꝛ in tenebra ꝛ in lumine: ꝛ hoc ex necessitate: dyafanum enim ab hoc). s. igne (lucidum fit.) idest illuminatum: illud dicitur videri in tenebris secūdum Aristotelē qđ non videtur nisi lumine proprio: ꝛ illud dicitur videri in lumine qđ videtur in lumine alieno. ¶ Notandum scđm Cōmentatorem cōmento. 74. φ ignis videtur in obscura ꝛ in luce ambobus: quia congregatum est in eo vtrūq̄: scꝫ quia facit medium dyafanum in actu secundum φ est lucidus: ꝛ mouet ipsum secundum φ est color in corpore. Non enim est intelligendum φ ignis sit lucidus ꝛ coloratus ꝑprie: ꝛ φ sua qualitas sit lux ꝛ color: sed φ ignis per vnam ꝛ eādem qualitatem supplet vices lucis ꝛ coloris: quoniā lux mediāte suo lumine facit dyafanum in actu: color autem non facit eum in actu: sed reperiens medium actuatum immutat ipsum. Qualitas autem ignis secūdum quā dicitur lucidus actuat dyafanum modo lucis ꝛ luminis et multiplicat visibilem speciem: modo alt̄rare coloris. ¶ Circa predicta de lumine siue fiat a sole: siue ab igne in dyafano occurrit dubium: vtrum sit in eo forma realis: vel intentionalis. ¶ Et arguitur rōnibus Egidy φ est forma intentionalis. quarum prima est ista: oculus nō potest immediate immutari ab obiecto reali: quia sensibile positum supra sensum non facit sensuz: scđz Aristo. in hoc capitulo: sed immediate immutatur a lumine: ergo nō est obiectum reale: sed solum intentionale: tam in organo q̄z in medio. Secūda ratio: omnis forma realis infra speram actiuorum ꝛ passiuorum: est aliquo modo habere ɔ̄riuz: sed lumen nō hꝫ ɔ̄riuz: ergo nō est forma realis. tenet ɔ̄sequentia: cum minor: quia subito multiplicatur: ꝛ maior declaratur. nam materia horuz inferiorum in hac differt a materia superiorum: quia materia superiorūz perficitur: forma complente totū appetitum materie: ꝛ nō habente cōtrariū: materia vero hoꝝ inferiorū perficitur forma hn̄te ɔ̄riuz ꝛ nō complente totuz appetituz materie: vt ex eoruz motibus comprobatur: motui enim quinte essentie: idest circulari nihil contrariatur. ꝑmo celi. Sed motus inferiorum qui est sursum vel deorsum bene habet contrariuz: cuz enim natura diffinitur per comparationez ad motum: ꝛ motus celestiū nō habet contrariuz. natura celestium non habebit contrariuꝫ: ꝛ forma in ea recepta carebit cōtrarietate: sed natura inferiorū habet cōtrarietatem: ergo forme in ea recepte habent cōtrarietatem. hoc videtur esse sententia Aristote. in hoc secūdo. dicentis: φ omnis sensus est susceptiuus specierum sine materia. Sed organum visus recipit subiectiue lumen: ergo illud nō est materialiter: sed solum intentionaliter in oculo: ꝛ consequenter in medio. ¶ Intelligendum φ Bridanus ꝛ aly Parisienses insequentes Egidium dicunt: φ lumen est species representatiua lucis: sicut species visibilis est similitudo representatiua coloris: dicentes φ nō est ymaginādum lumen videri: sicut nec videtur species coloris: qꝛ sensibile positum supra sensum nō facit sensum. sed cum multiplicatur lumen: ꝛ species visibilis ad oculum: solū per illa color videtur: atq̄ lux: ꝛ consequēter concedūt φ ante ortum solis lucem vident subiectiue existentem in sole per speciem reflexam ꝛ multipliciter refractam in nubibus aeris: non tamen figuram eius sicut album per vitruz difforme videtur: vltra colorez: nō in propria figura: sed expanse ꝛ confuse per diuersas refractiones speciei coloris per vitrum: Et licet iudices te videre lumen in camera aperiendo fenestraz: non tamen vides: sed solem reflexe: sicut etiam iudicas videre similitudinem in speculo. quam nō vides: sed solum te ipsum per speciem visibilem reflexam. Unde arguunt isti dupliciter. ꝑmo sic: lux videtur mediante aliqua specie visibili: sicut color: sed non videtur alia assignanda species q̄z lumen. ergo ꝛc. Secundo. si lumen non est species lucis. ergo est visibile: sicut lux: ergo per aliquam aliaz speciem distinctam a luce ꝛ lumine: quod non est concedēduz. ¶ Contra predicta arguitur sic. oculus existens in tenebris videt lucidum in lumine: ergo in eo est species lucis. sed in eo non est lumen: ergo lumē non est species lucis. Secundo. de nocte tu vides lunam ꝛ stellas: ꝛ non ratione substantie: ergo ratione sensibilis propry: sed nō nisi ratione luminis existentis in eīs: ergo lumen est sensibile proprium: ꝛ per consequens erit forma realis: ec non species lucis. Tertia. obiectum melius videtur vbi species visibilis est fortior ꝛ potentior: sed lumen interdum est intensius ꝛ potentius distans q̄z propinquum: ergo in medio vniformi meli' videbitur sol in distantia maiori q̄z minori: qđ est ipossibile. Quarto oculus ꝛ nasus ꝑducūt suas similitudines in eadē parte adequate:

T.c.2.

T.c.121.

sed due medietates solis nō ꝓducunt sua lumina in eadem parte adequate aeris. ergo lumē nō est similitudo lucis: pʒ ꝯña cū maiori: qꝛ in eadē parte medij adequate videnẽ oculus ⁊ nasus. secūda aūt est manifesta: qꝛ si ille medietates ꝓducunt sua lumina in eadē parte adequate aeris: per idē tres tertie: ⁊ quattuor quorte: ⁊ sic in infinitū. ergo in eadē parte medij. sunt infinita lumina coextēsa: quoꝝ qōlibet erit intēsionis vt quattuor: dato ꝙ lumē multipliceẽ ꝯm latitudinē vniformiter difformem a gradu. vt. 8. ad nō gradū: ⁊ per ꝯñs illud mediuʒ erit semper infinite illuminatū. ¶ Item cōtrarium huius opinionis determinauit Aristo. dicēs: ꝙ mediū dyafanum in tenebris nō sentiẽ a visu: in actu aūt sentiẽ ab eo: modo hoc est ratiōe luminis. ergo lumē videẽ per se: ⁊ per ꝯñs nō est species lucis: nec forma intentiōalis: lumen ergo in dyafano puro videẽ: sed nō terminat visuʒ: in dyafano aūt nō puro: vt in luna ⁊ stellis: videẽ terminando visum. ¶ Preterea. nō est verū ꝙ videam solem existentē in altero emisperio: cum nō percipiā me illud videre: neqꝫ reflexio luminis in aere tollit visionē figure: qꝛ si reflectereẽ in speculo lumē: ⁊ sol esset post me. in nostro emisperio: viderē illud distincte ⁊ figuram eius. ergo eodē modo debet figura solis videri existētis in altera emisperio. si lumen est species lucis reflexa in medio ante oculos nostros. ¶ Deinde sequiẽ ꝙ simul ⁊ semel video solē directe ⁊ reflexe: qꝛ simul video directe solem ⁊ lunā: sed lumē lune est species lucis solis reflexa in luna. ergo per illud lumē lune video in luna solem reflexe. ¶ Dicendū igiẽ: ꝙ sumendo formā realem large ꝓ omni forma que est vera res: sic lumē ⁊ quelibet species intelligibilis vel sensibilis est forma realis. Sumēdo aūt stricte vt opponitur forme intentiōali: eo modo quo diciẽ duplicē esse colorem. s. realē ⁊ intentionalē: sic dico ꝙ lumen nō est forma intentiōalis: cū nō sit forma representatiua: sed forma realis lōga lata ⁊ ꝓfunda ꝯm oēm dimensionē dyafani: qđ non cōtingit de aliqua forma intentiōali. Nec argumēta Bridam conuincunt: qꝛ concedo ꝙ ꝑter lumē ⁊ lucem est assignare duas species sensibiles spirituales. s. lucis ⁊ luminis: quibꝰ videẽ tam lux ꝗ̄ lumen: sicut caliditatis ignis ⁊ caliditatis medij multiplicate ab igne: due sunt intentiōales species: quibus a tactu percipiūtur ambe caliditates. ¶ Ad ꝑmam rationē Egidij: dico ꝙ sicut organū tactus imutaẽ a caliditate reali: nō tamē percipit tactus caliditatē sui organi: nec caliditatē imediotā illi: sed solū distantē: ita oculus imutaẽ lumine: qđ est qualitas realis: nō tamē percipit lumen oculi: nec lumē imediotū illi: sed lumē mediatum ⁊ distans. ¶ Ad secundā rationē dico: ꝙ multipliciter deficit. ꝑmo: qꝛ nō omnis forma realis hoꝝ īferiorum hʒ contrariuʒ: qꝛ quātitas tam cōtinua ꝗ̄ discreta: ꝗ̄ etiam figure: ⁊ multe passiones subiectoꝝ: vt risibilitas: hinibilitas ⁊ hꝫ nō habēt cōtrariū. ¶ Scđo: qꝛ si lumen hoꝝ inferioꝝ habet contrariū: per idem lumē celi hʒ contrariū: qꝛ sunt eiusdē speciei: ⁊ per cōsequens aliqua forma celi hʒ cōtrarium: antecedēs pʒ: qꝛ est forma materie hoꝝ inferioꝝ. s. aeris ⁊ aque. ergo hʒ contrariū ꝯm Egidiū. ¶ Tertio: qꝛ motus celi hʒ aliquo mō ꝯtrarium: qꝛ motus qui sunt a terminis contrarijs ad terminos cōtrarios. per vias cōtrarias. sunt aliquo modo contrarij. 5. physicoꝝ. Sed motus celi sunt hꝫ: cum vnus sit ab oriēte in occidēs: ⁊ alter ecōtra: ⁊. 8. physicoꝝ: ꝙ oēs motus reflexi sunt cōtrarij inuicem: ⁊ lꝫ motui celi nihil contrarieẽ cōtrarietate subiecti: qꝛ orbes nō inuicē contrarianẽ: tamē motui celi aliquid cōtrariaẽ contrarietate terminoꝝ. ¶ Quarto: qꝛ natura celi aliquo modo hʒ contrariū: eo ꝙ omnis motus est de contrario in cōtrariuʒ. 5. physicoꝝ: sed in natura celi est motus. ergo in ea est aliquo modo cōtrariū: vna etiā est aliquādo illuminata ⁊ aliquādo tota tenebrosa: qđ nō cōtingeret: nisi in ea esset aliquo modo cōtrarietas. Ratio aūt fundata in auctoritate Aristo. nihil concludit: qꝛ eodem fundamento ꝓbarem caliditatē esse formā intentionalē: sic arguēdo. omnis sensus est susceptiuus specierū sine materia: sed organū tactus recipit caliditatē. ergo caliditas tam in organo ꝗ̄ in medio est solum intentiōalis: quomodo autem sensus recipiat species sensibilium sine materia: alias ostendeẽ. ¶ Textus cōmen. 75.

T.c.49

T.c.62.

(T.c.64

T.c.18.

¶ Eadem aūt ratio est de sono ⁊ de odore. Nihil enim ipsoꝝ tangens sensitiuū sensum facit. Sed ab odore quidē ⁊ sono mediū moueẽ: ab hoc autem sensitiuorum vtrūqꝫ. Cum autem super ipsum sensitiuum aliquis apponit odorans: aut sonans: neque vnum sensum facit. De tactu autem ⁊ gustu habet se similiter. nō autem videtur ꝑpter quam aūt causam posterius erit manifestum.

¶ Quarta conclusio. sicut visibile: ita etiam quodlibet aliud sensibile indiget medio: lꝫ non eodem modo consimiliter sumpto. prima pars primo arguitur. Nam sicut visibile positum supra visum: non facit visionem: ita odorabile vel sonabile positum supra suum sensuʒ: non facit sensationem. Unde sicut visibile mouet medium: ⁊ mediū mouet visum: ita odor ⁊ sonus mouent media: ipsa autem media mota mouent sensuʒ ⁊c. Si enim aliquis odorabile vel sonabile supra auditum vel olfatuʒ poneret: certum est ꝙ nulla fieret imutatio: ⁊ hoc est signum qđ exigitur medium in sensatiōe sonabilis ⁊ odorabilis: idem est dicenduʒ de gustabili ⁊ tangibili quod indigent medio. s. intraneo: quia si ponātur supra sensuʒ tactus vel gustus: non faciunt sensationem: hoc tamen est minus manifestuʒ de his ꝗ̄ de alijs: quia odor sonus ⁊ color percipiuntur per media extrema satis nota: que sunt aqua: ⁊ aer: sapor autē ⁊ tangibiles qualitates percipiuntur per medium intraneum nobis ignotuʒ: illud tamen in sequentibus manifestabitur. Lege litteram. (Eadem aūt ratio est de sono ⁊ de odore: sicut de colore. nihil enim ipsorum tangens: sensitiuum facit sensum: sed ab odore quidem ⁊ sono media mouentur: ab hoc aūt). s. medio (sensitiuorum vtrūqꝫ) mouetur. s. auditus ⁊ olfatus: (cum autem super ipsum sensitiuum aliquis apponit odorans aut sonans: neqꝫ vnum sensum faciet) idest nullam causabit sensationem: (de tactu autem et de gustu habet similiter) quia cōsimiliter indigent medio: (non autem videtur) illud medium: (propter quā aūt causam) nō appareat quid sit mediū in gustu ⁊ in tactu: (posteriꝰ erit māifestū.) ¶ Textus cōmē. 76.

¶ Medium autem sono quidem aer est. odori autem innominatum est. Communis enim quedam passio est ab aere ⁊ aqua. sicut dyafanum colori: sic est habenti odorem quod est in vtrisque his. Uidentur enim animalium aquatica habere odoris sensum. Sed homo quidem ⁊ pedibus ambulantium quecūqꝫ respirant impossibilia sunt odorare nisi respirantia: Causa aūt ⁊ de his posterius dicetur.

¶ Deinde arguit secunda pars cõclusionis: q2 medium coloris est nominatũ .s. dyafanũ: & mediũ soni est etiã nominatũ .vz. aer: sed mediũ odoris est inominatũ: qd̃ pbatur sic: odor percipit in aere & in aqua. ergo per aliquaz vnam nãm cõicataz aeri & aque: pz ꝯñtia: q2 sicut dyafanitas est natura cõis aeri & aque: qua percipit color vel lux tam in aere q̃ in aqua: ita videt ꝙ aliqua sit vna natura cõis aeri & aque qua percipit odor in aere & in aq̃. Sed certũ e.t ꝙ illa est inominata. saltez nomine ꝓprio & ꝓprio. ergo mediũ odoris est inominatuz: qd̃ erat ꝓbandũ. Et hoc intelligendũ est de medio formali: q2 de medio mãli nõ est difficultas: dicẽdo ꝙ aggregatum ex aere & aqua disiunctiue sumptũ est mediũ receptiuũ odoris. Sz antecedẽs ꝑncipale declarat .s. ꝙ odor percipit in aere & in aqua: qd̃ .n. percipiat in aere: manifestũ est: q2 aĩalia gradientia nõ nisi per aerẽ quodãmõ percipiunt odorẽ: & qd̃ in aqua ostẽdunt aĩalia aquatica & natantia: odorant .n. nãliter in aqua nõ in aere: & si in aere male. Differẽtia tamẽ est inter odorare aĩaliũ gressibiliũ & aquaticoꝝ: q2 aĩalia gressibilia odorãt respirando: aquatica aũt odorãt nõ respirãdo: & quare hoc sit: dicet posterius. Lege literam (Mediũ aũt sono quidez aer est: odori aũt inominatũ est: cõmunis .n. passio quedã est) fluẽs (ab aere & aqua sicut dyafanũ) competẽs (colori .) passio cõis est: (sic est hũi odoreꝫ: qd̃ est in vtrisq3 his) .s. aere & aqua. (vident .n. animaliũ aquatica) vt pisces (hẽre odoris sensuꝫ) in aqua: (ꝫ bõ quidẽ & pedibꝰ ambulantiũ quecũq3 respirant) in aere: & eadẽ (ipossibilia sunt odorare nisi respirãtia: causa aũt de his posteriꝰ dicet) .s. in libro de spiratiõe & respiratiõe: oc ẽt hẽtur in hoc 2ᵒ caplo de odore. ¶ Notandũ ꝛm Cõmentatorez 3. cõmẽ. 76. ꝙ mediũ in voce est aer: nõ aqua: q2 aĩalia que sunt in aqua nõ sentiũt nisi per voces cadẽtes in aere ex aquã. apparet .n. ꝙ vox non fit ex percussione corpoꝝ in aqua: ita ꝙ vox nõ põt multiplicari per aquã: nec aĩalia aquatica audiũt vocẽ multiplicatã in aqua: sed soluz in aerẽ: & nõ in aqua: sicut .n. in aere & nõ in aqua fit ꝑcussio corpoꝝ: ita in aere multiplicat vox: & nõ in aqua. Ex hoc tamẽ nõ sequit ꝙ aĩalia aquatica audiant sine imutatione auditus: q2 lz in aqua nõ multiplicet vox vel sonꝰ: tamẽ in aqua multiplicat spẽs vocis vsq3 ad auditũ: in aere ergo est vox & spẽs eius: sed in aqua est solũ species vocis. ¶ Secundo notandũ ꝛm Cõmentatorẽ eodem cõmẽto: ꝙ aqua ꝛm ꝙ aqua nõ est susceptiua odoris: neq3 aer ꝛm ꝙ aer: sed necesse est aliquã passionẽ cõem eẽ in eis: & illa natura est ĩnata recipere odores extraneos: & hoc erit vt nõ hẽat odorẽ in se oino: quẽadmoduz dyafanuz est nã que recipit colores ꝛm ꝙ nõ hz colorẽ ꝓpriuz: color existẽs in corpore colorato dicit color intraneus: & spẽs illius existens in aere est color extraneus. sicut etiã odor in corpore odorabili est odor ĩtraneꝰ. & species eius in medio est odor ex̃ncus: q2 est soluz ꝛm ultimũ do odoris veniẽs ab extrĩseco. Tres ꝓpõnes posuerunt Aristo. & Cõmentator in hoc caplo: quas negãtes vlla ex parte rei male possunt exprimere. Prima ꝓpositio: aliqua est dyafanitas in corporibus celestibus & eltis. Secunda ꝓpositio: eadẽ luminositas cõicat igni & corpori celesti. Tertia ꝓpositio eadẽ natura seu passio cõis ꝯpetit aeri & aque: certũ est ꝙ nulla dyafanitas numera est in corporibus celestibus & in elemẽtis: nec aliqua luminositas numero in igne & in celo: nec aliqua natura seu passio singularis respondet aeri & aque. ergo oportet ponere dyafanitatẽ cõmunem: luminositatem cõmunem: & passionem cõmunem competentem multis ex natura rei. ¶ Textus cõmenti. 77.

Nunc aũt primũ de sono & olfatu determinemus. Est aũt duplex sonus: hic quidem enim actu: alius aũt potentia. Alia enim non dicimus habere sonũ vt spongiã: lanam: & pilos. Quedam aũt habẽt vt es: & quecũq3 plana & lenia sunt: quoniã possunt sonare. Hoc aũt est ipsius medij & auditus facere sonum actu.

¶ Istud est caplm 2ᵐ huius secundi tractatus secũdi de aĩa: in quo Aristo. determinat de sono. postq̃ð determinauit de colore: & diuidit in quattuor partes. Naz in prima disputat de generatiõe soni: in secũda de medio audiẽdi sonũ. ibi. (Vacuũ .n.) in tertia de dr̃ntijs soni. ibi. (Utrũ aũt.) In q̃rta de pte subiectiua soni que est vox. ibi. (Vox aũt est sonus.) Prima ps diuidit in duos articulos. nã in pᵒ articula Ar. ponit duas diuisiões. In secũdo vᵒ aliquas ꝯnes. ibi. (Sũt aũt dixꝫ.) ¶ Quãtuz ad pmũ hec est pma diuisio: ꝙ duplex est sonus .s. in actu & in potẽtia sonus in actu est sonus actualiter & formaliter imutans mediũ: sonus in poᵃ est cã ꝓductiua soni. Ista divisõ pz: ex eo q2 dicimus aliq̃ hẽre sonũ in actu: vt aerẽ & auditũ. aer .n. hz sonũ realẽ. & auditus itentionalez. Aliq̃ vᵒ hñt sonũ in poᵃ: vt es: cuprũ: & alia lenia & regularia poᵃ sonare. Aliq̃ vᵒ nec i actu nec in poᵃ: vt lana: spõgia: & hᵒ corpora mollia. Nõ .n. hñt sonum in actu: q2 nõ recipiũt sonũ: nec in poᵃ: q2 ꝓpter suã mollitiez nõ ꝓducũt sonũ. Le. lit. (Nũc aũt pᵒ de sono & olfatu determinemus. Est aũt duplr sonꝰ: hic qdez .n. actu) vt sonus formalis. (aliꝰ vᵒ in poᵃ:) vt ꝓductiuũ soni. (Alia .n. nõ dicimꝰ hẽre sonũ) in actu nec in poᵃ: (vt spõgiã: & lanaz & pilos. Quedã vᵒ hñt) sonũ in poᵃ (vt es & q̃cũq3 plana & lenia sunt: qm̃ pñt sonare: hoc aũt est ipsiꝰ medij: & auditus facere) .i. hẽre (sonũ in actu.) ¶ Nõndũ ꝛm Cõmẽtatorẽ. cõmẽ. 77. ꝙ Ar. videt ordinare ꝯsiderationẽ de vtutibꝰ sensus ꝛm nobilitatẽ nõ ꝛm nãm. & iõ preposuit sermonẽ de visu alijs sensibꝰ: deĩde de auditu. deĩde de odoratu: oppoᵐ facit Auicẽ. 6. nãliũ: qm̃ ipse ꝯsiderãs naturã & nõ nobilitatẽ: pꝰus de tactu q̃ de alijs ꝯsiderat: q2 tactꝰ nãliter est por alijs: & alijs magis necius. ¶ Dubitat circa diuisionẽ: q2 vr̃ corꝰ mollia hẽre sonũ in poᵃ. naz aer cũ nõ sit corpꝰ durũ: vr̃ eẽ molle: ex quo cedit ꝑmẽtũ: & hz sonũ in poᵃ: q2 dũ ꝑcutit a vga vel corrigia cãt sonũ. Silr pãnꝰ tã lineus q̃ laneꝰ est corpꝰ molle: ex quo cedit ꝑmẽtũ: & cãt sonũ in fractiõe ptiũ eiꝰ. ¶ Nõnᵐ ꝛm phz & Cõmẽta. ꝙ tractus a vacuo est valde fortis: imo fortior eo q est a ꝓpa spa. vt pz in motu rerũ ad illas. vñ inquit Auic. ꝙ nã adeo vacuũ abhorret: ꝙ si fieret vt aliũde repleri nõ posset: attraheret celũ ad replẽdũ vacuũ: est igr fortior q̃ tractꝰ a celo qñ trahunt vapores sursuz p caliditatẽ: aut pluuia grãdies & niues deorsuz p fridũ. ¶ Dico igr ad ꝓpoᵐ ꝙ qñ scĩdit pãnꝰ vel lignũ: ptes corpis scissi apiunt: & ne sit ibi vacuuz trahit aer vndiq3 ꝯcurrẽs ad replẽdũ locum illũ: ex quo tractu & ꝯcursu velociter facto: ptes aeris adiuicẽ se collidũt: & ad latera pãni diuisi vl ligni fracti: ex q̃ collisiõe gñatur sonꝰ: & q2 alia est collisio ad latera pãni: & alia ad latera ligni. iõ alius & alius gñatur sonus. ¶ Ex istis sequit pmo ꝙ nõ in q̃libet fractiõe quãtũcũq3 magna põt fieri subito sonus: q2 in fractiõe ligni vel pãni nõ põt esse sonus: cum illa nõ sit fractio aeris: q2 fractio ligni vl pãni est subiẽe in illa ligno: fractio aũt aeris est in aere: in q̃ est subiẽe sonꝰ. ¶ 2ᵒ sequit ꝙ scissura pãni vel fractura ligni: nõ p se. ꝫ solũ per accidẽs est cã soni: q2 ex scissura pãni: vel fractura ligni

sequit̃ collisio partiū aeris adiuicē ꝛ ad latera pāni vel ligni. ad quā sequit̃ imediate sonus. iō collisio est per se cā soni. ℂ 3º seq̃t ꝙ virga pcutiēs aerē solū per accñs causat sonū: qꝛ est ꝑ se cā diuisiōis aeris: ꝗ diuisis velociter congregat̃ ne fiat vacuū: cuiꝰ ptes se collidētes iuicez ꝛ ad latera virge: causant sonū. Sicut ꝗ apiens fenestrā est per se causa motus fenestre: ꝛ per accidēs illuminatiōis me deputata in ꝓposito. ℂ Quarto seq̃t ꝙ pēna pcutiēs chordam lire: nō ꝑ se: ſꝫ per accidēs est causa soni. nā cū pcutitur chorda multos ictus in aere facit: ꝑ quos scidit̃ aer: qui velociter scissus: ꝯgregat̃ resistens chorde trementi: ꝛ cantur sonus: ꝛ hinc est ꝙ q̃nto chorda ampliꝰ extēdit̃: tanto acutiorē sonū reddit. qꝛ talis chorda pcussa magl tremit: ꝛ subtilius plures ictus facit: percussio igit̃ pēne ad chordā: seu chorde ad aerez nō est per se cā soni: qꝛ pēna nō pōt aerē frāgere. supra chordā: sicut nec pōt detinere illū: ꝓpter quā cām nec chorda aerez: ex quo nō detinet eū: ſꝫ percussio portiū lateraliū se collidentiū iuicē ad latera chorde est ꝑ se causa soni. ℂ Ad rōnē igit̃ rñdet̃ ꝙ aer nō est durus nec mollis: ſꝫ sit rarus vel dēsus: qꝛ durities ꝛ mollities sunt qualitates scđe resultātes ex mixtione q̃ttuoꝛ qualitatū ꝑmarū: nō reperte nisi in mixtis. Deinde ꝯcedit̃ ꝙ corpora mollia bñ hñt sonū in potentia: per accñs. Arist. aūt loquit̃ de potētia per se: scissura n. pāni solū per accñs ꝯcurrit ad gnōnez soni. Et si ex ꝑcussione lane cū lana: aut panni cū pāno: vbi nō est durities aliq̃: cōtur sonꝰ: ille est debilis ꝛ obtusus: de quo nō loquit̃ Aristo. ℂ Textus cōmē. 78.

ℂ **Fit autem qui sm̄ actum semper sonus alicuius ad aliquid ꝛ in aliquo. Percussio enim est faciens. Unde impossibile est cum sit vnū facere sonum. Alterum enim est verberans ꝛ qđ verberatur: Quare sonās ad aliqđ sonat. Tangit. n. aliquid. cuꝫ aūt ictu tetigerit sonat. Ictus aūt nō fit sine motu.**

ℂ Secūda diuisio. ad gnōnē soni in actu. tria necessario ꝯcurrūt. s. percutiēs: percussuz: ꝛ mediū recipiēs sonum. ꝑꝫ: qꝛ oīs pcussio est motus verberātis ad verberatū: seu percutiētis ad pcussum: ſꝫ nō cātur sonus in actu sine ꝑcussiōe. ꝗ nō causat̃ sonus in actu gñ ꝯcurrat pcutiens ꝛ pcussuz: ꝙ aūt ēt req̃rat̃ mediū: arguit̃. nā sonus in actu nō causat̃ sine motu locali: ſꝫ motus localis non fit sine medio. ꝗ ad oēm sonū actu req̃rit̃ mediū. Le. litte. (Fit aūt q̄ est sonus sm̄ actū semꝑ sonus alicuiꝰ) s. pcutiētis (ad aliqđ) s. ad percussuz: (ꝛ) etiā (in aliquo) s. in medio: (pcussio. n. est faciēs) sonuz. (Unde impossibile est cū sit) ꝑcise (vnum: fieri sonū. alterū. n. est verberans ꝛ) aliud (qđ verberat̃: quare sonās ad aliqđ sonat) ecce ꝑcutiēs ꝛ pcussuz. (tāgit. n. aliqđ) cāns sonū: (cū aūt ictu tāgit̃ sonat: ictus aūt nō fit sine motu:) nec motꝰ supple localis sine medio. ꝗ ad sonū req̃rit̃ mediū. ℂ Nōndū sm̄ Cōmēta. cōmē. 78. ꝙ Ar. itēdit ꝑ in aliquo. mediū s. aerē vel aquā: ex quo seq̃t ꝙ sonꝰ nō pōt fieri in terra: neq̃ in igne: neq̃ in celesti corpore: ꝛ seq̃t eodē cōmēto: ꝙ sonus fit a pcutiēte ꝛ pcusso: ꝛ ab aliquo in qđ pcussio cadit. pcussio. n. est actio. ꝗ hꝫ ꝛ agēs ꝛ mām: agens ꝗ est pcutiēs ꝛ mā agentis pcussuz: ex qbꝰ ab vno actiue ꝛ ab alio passiue resultat effectꝰ ꝗ ē sonꝰ. s. in aere vel ipressiōe aeris. al's. ꝯpłone aerea. ꝛ nō i mā more alioꝝ effectuuz nālīū. ℂ Primo dubitat̃ hic. q̃re phs mētionē hic facit de cā ꝓductiua soni ꝛ gnōne eiꝰ: cū coloris cām nō tetigerit: ſꝫ solū sensus imutatōez ꝛ medij a colore. Rñdet̃ ꝙ de gnōne coloris: odoris: ꝛ saporis determinauit Ar. in libro de sensu ꝛ sensato: ꝛ de generatiōe tangibiliū in libro de gene. ꝛ qꝛ sonus nō fit per alterationē sicut q̃litates ꝑme: nec ex mixtiōe qualitatū ꝑmarū. sicut color. odor. ꝛ sapor. ideo de generatōe soni nō debuit determinare in libro de gene. nec in libro de sensu ꝛ sensato: ſꝫ solum in isto: ex quo generat̃ per solū motū localē: nō hñs esse permanēs: ſꝫ fluxiuū. sicut motus vel tēpus. ℂ Secundo dubitat̃: qꝛ nō videt̃ tria ꝯcurrere semꝑ ad generationē soni: qꝛ aliquādo cōcurrūt solum duo: vt quādo aer verberat̃ virga: ꝛ aliquādo solū vnum: vt in generatione ventoꝝ. ꝑmo cōcurrit aer ꝛ virga. secūdo aer solū. ℂ Dōm ꝙ semꝑ tria cōcurrūt. nā in pcussione virge cōcurrit aer percutiēs: ꝛ aer percussus: ꝛ compositū ex his: qđ est mediū recipiens sonū: imo etiā virga per se ꝯcurrit ad illum sonū: non actiue: sed passiue: qꝛ ex collisione partiū lateraliū aeris ipsa etiā percutit̃: nec est inconueniēs ꝙ idē sit percutiēs percussum ꝛ mediū: qꝛ quelibet illarū partiū lateraliū est hꝫ: ſꝫ sufficit ꝙ ibi tria concurrunt realiter distincta. silr in generatiōe ventoꝝ sūt tria. s. exalatio pcutiēs ꝛ exalatio pcussa: ꝛ mediū qđ est aer: nec aliqđ illoꝝ est aliud ꝛc. ℂ Textus cōmē. 78.

ℂ **Sicut aūt diximus nō contangentiū ictus sonus est. Nullus. n. sonum faciunt pili ꝛ si percutiantur. Sed es ꝛ quecūq̃ lenia ꝛ concaua sunt. Es quidem qm̄ lene est. Concaua aūt ex repercussiōe faciunt multos ictus post primū impotenti exire qđ motum est.**

ℂ His diuisionibꝰ ꝑmissis: Aristo. ponit quattuoꝛ cōclusiones. quarū ꝑma est ista. nō quoꝝcūq̃ corpoꝝ ꝯtingētium: sed solū solidoꝝ est sonus effectiue. ꝑma pars huiꝰ cōclusionis pꝫ: eo ꝙ pili seiuicez percutiētes nō faciūt sonū: nec etiā lana si lana verberet̃ causat sonum: ꝛ hoc ideo: qꝛ pili. lana ꝛ spongia sunt corpora mollia: que leniter cedunt percutiēti: ex quoꝝ percussione nō extrudit̃ aer: vt sic ab eis possit formari sonus ex ictu percutiētis ꝛ resistentia percussi: ſꝫ si hꝫ mollia comprimātur sic ꝙ aliquā duritiem habeāt ꝛ resistant percutiēti: sequit̃ sonus: ſꝫ surdus. Secūda pars cōclusionis pbat̃. nā necesse est ꝙ illa: ex quoꝝ percussiōe sonus reddit̃: sint dura: vt aer extrudat̃: cuius extrusio est causa soni: sed omne durū est solidoꝝ. ergo sonus est effectiue a corporibus solidis: ꝛ ꝯūtia cū minori: ꝛ maioꝛ sequit̃ ex probatione ꝑme partis. si. n. corpora mollia nō valent ad sonū: necesse est corpora dura ꝓficere ad sonuz: ꝛ secundū magis ꝛ minus sm̄ maiorē ꝛ minorē aptitudinē ad sonū. vñ ꝯcaua pcussa reddūt magnū sonū: qꝛ in eis aer intercludit̃: ꝛ cū aer ꝑmo motus non possit exire: pcutit aliū aerē ad latera cōcaui: ꝛ sic ex percussiōe illoꝝ fiunt multi ictus: ꝛ multiplicat̃ sonus: ꝓpter quā cām que in situ compōne hñt aerē bñ dispositū: sunt bñ sonora: sicut es ꝛ argentū: in quoꝝ aūt compōne aer nō bñ se hꝫ: sunt male sonora: vt plūbū: ꝛ alia multū terrestria. Le. lit. (Sicut aūt diximus nō) oīum (ꝯtangentiū) indifferēter: ſꝫ solidoꝝ (ictus sonus est. nullū. n. sonū faciūt pili ꝛ si pcutiant̃: ſꝫ es ꝛ q̃cūq̃ lenia). s. ꝛ plana ꝛ regularia (ꝛ ꝯcaua: vt campana: (sunt) faciētia sonū bonū: (es qdē qm̄ lene est: cōcauꝰ aūt ex repcussiōe faciūt multos ictus: post ꝑmū) ictū (impotēti). i. nō potenti (exire qđ motū est.) ℂ Notādū pº sm̄ Cōmētato. cōmē. 78. ꝙ pcussuz ex quo fit sonꝰ est duobꝰ modis: aut lene durū sicut cuprū: aūt ꝯcauuz. Sonus igit̃ fit a leni ꝓpter expulsionē aeris apud pcussionē aptibꝰ eius equaliter. ita est de sono in hac itētiōe: sic de reflexiōe radioꝝ. s. ꝙ fortiter appet in corpibꝰ du-

ris:quia equaliter existit in eis: quapropter cōgregatur in eis vna actio: vt homines qui attrahunt ponderosiꝫ aut cōcauū ppter retentionē aeris in illis: qꝫ nō pōt exire ab eis ⁊ sic expellit sicut pila expellitur a pariete plana ergo ⁊ cōcaua faciunt bonū sonū: plana quidē: qꝫ qñ inuicē percutiūtur in loco expulsionis.aēs.expoliatiōis fit equaliter expulsio ipsius medij:sed si essent a spera in multis locis se nō tangerēt ⁊ ibi nō expelleret aer. Idē enim est de sono ⁊ lumine.lapis.n.solidus ⁊ planus causat maius lumē ꝙ̄ nō planus: qꝫ radij equalr congregati in plano reddunt maius lumē:cum his omnibus vna actio debeat recte;sicut si eēnt plures homies trahētes vnā nauim seu magnū pōdus leuātes:his omnib⁹ vnus motus ⁊ vna actio attribueret: in corpore aūt nō plano nō pōt sic vna actio fieri:⁊ ꝯñter nō tantū lumē:nec tantus sonus insurgere. Cor⁹ aūt concaua magnū causant sonū: qꝫ aer percussus existēs in concauo multū retinet in illo:⁊ ex hoc fiunt multe pcussiōes: ex quib⁹ magnus causatur sonus:sic.n.expellit aer ad latera cōcaui sicut pila ab vno pariete ad aliū. ¶ Notandū scdo: fm Commētatorē codē cōmēto: ꝙ sonus nō fit in aere: ita ꝙ aer qui expellit a percutiēte moueat per se singulariter donec pueniat ad auditū. Sed illud qđ fit in aere de percussione corpoꝝ adinuicē est simile ei qđ fit in aqua qñ lapis pijcit de circulatiōe.s.qꝫ fit in aere apud percussionē figura sperica aut ppe sphericā.cuius centrū est locus percussionis per expulsionē aeris ab illo loco equaliter aut ppe:⁊ signū huius est: qꝫ possibile est audiri in quolibet puncto aeris:cuius remotio a pcutiēte est eadē ⁊ iō omnis percussio hꝫ sperā terminataꝫ:⁊ sic est de odore ⁊ colore.s.ꝙ mouēs aerē ex omnibus partibus fm istam figurā sphericā:in causatōe ꝙ̄ ⁊ auditōe soni expulsus aer nō mittit vsqꝫ ad auditū: sꝫ hꝫ determinatā distantiā ⁊ circularē figuram:eo mō quo circulariter figurat aqua in piectiōe lapidis:ita ꝙ sicut lapis piectus tenet quasi centrū in circulatiōe aque:ita pma passio in circulatiōe soni:⁊ ꝙ sonus circulariter multiplicet.pꝫ: qꝫ duo equaliter distātes a loco pcussionis:equalr ceteris paribus ⁊ deductis ipedimētis audiunt sonuꝫ. Ex quibus ꝯcludit Cōmentator: ꝙ sicut sonus:ita color ⁊ odor circulariter multiplicant. ¶ Sꝫ dubitat si in toto aere circulariter moto audit sonus:vtrū in illo multiplicet sonus realis: vel intētionalis:nō realis qꝫ tunc sensibile positū supra sensuꝫ sentiret:nec intētionales: qꝫ tunc posset audiri sonus absqꝫ fractione aeris:sicut ⁊ color videtur:qđ est contra intentionē Aristo. ⁊ Cōmentatoris in hac ꝯclusione. ¶ Prima opinio ponit ꝙ sonus multiplicatur realiter vsque ad auditum:sicut motus fractionis medij in quo fundat sonus:ita ꝙ pcussio causat pmā fractionē circularem:⁊ sonum in ea;⁊ pma fractio secundā fractionem cum suo sono:⁊ sic ꝯñter vsqꝫ ad audituꝫ. ¶ Ista opinio est falsa: qꝫ ex ea sequit duos homines nō posse se ex opposito audire quātūcūqꝫ clamarent: ꝯñs est cōtra experientiaꝫ:⁊ pꝫ ꝯñtia: qꝫ nō est possibilis penetratio corporum in actu.si.n.sor.audit platonē ꝫ cooppositū sibi: opꝫ aerē fractū circulariter moueri vsqꝫ ad audituꝫ sort.⁊ si plato ecōtra audiat sort. opꝫ aerem intermediū sic etiā moueri:per istā ergo opinionē duo aeres se penetrarēt: qđ est impossibile. ¶ Itē hec opinio est contra intentionem Aristo. ⁊ Cōmentato.cōmento.76.dicentiū: ꝙ animalia existētia in aqua nō audiunt vocē per multiplicationem eius in aqua:sed in aere:vbi patet sonuꝫ realem nō multiplicari vsqꝫ ad auditum:sed solū intentionalēꝫ sonum. ¶ Secunda opinio ponit sonuꝫ multiplicari in medio solū intētionaliter:sicut ⁊ color:dicēs ꝙ sicut in aere nō est color realis:sꝫ solū intētionalis:ita in eodem est sonus intētionalis ⁊ nō realis:in corporib⁹ aūt sonantibus est sonus realis. ¶ Hec opinio etiā est falsa: qꝫ dato ea nō impediret auditio soni per ventum:sicut nec diuisio coloris:qđ est contra experiētiaꝫ. Demū post percussionē ligno ꝝ vel lapidum inuicē auditur sonus: sed ille nō est tūc in lapidibus:nec lignis: qꝫ in eis nō est motus igit est in aere subiectiue. ¶ Dicenduꝫ igit ꝙ sicut corpus luminosum pducit lumē ⁊ speciem eius: semper tamen ad maiorē distantiam speciē ꝙ̄ lumē: qꝫ aliter oculus in tenebris nō videret corpus luminosuꝫ: ita corpora se inuicē percutiētia generant sonum realē ⁊ intentionalem in medio:ad maiorē tamē distantiā intentionale ꝙ̄ realē: qꝫ sonus intētionalis nō solum est effectus corporum sonantiū:sed etiam soni existētis in medio pducentis effectū suum:ad maiorē distantiaꝫ ꝙ ergo sonus multiplicet vsqꝫ ad auditū realiter.hoc est per accidēs: pro quanto audiēs reperit se infra speram multiplicatiōis soni realis:quoniā si esset extra speram illam dimodo cōtineret in spera intētionali:audiret eundē sonum ⁊ forte melius:fm meliorē ⁊ aptiorē dispositionē latitudine sperice multiplicationis eius. ¶ Ad argumētū dicit: ꝙ nō est inconueniēs sensibile positum supra sensum facere sensationē:nō quidē fm partē imediatā:sed fm partē distantē:⁊ lꝫ in medio multiplicet sonus intentionalis:nō tamē per illam audit sonus absqꝫ motu:quoniam debet esse sonū realiter esse in medio: ⁊ nō solū in corporibus sonantibus ad instar coloris in corpore colorato. ¶ Hic occurrit difficultas: silitudo nūqꝫ est in eodē subiecto cū illo cuius est similitudo: sꝫ sonus intentionalis est similitudo soni realis.ergo nō est in eodem subiecto:in quo est sonus realis:sed nūqꝫ audit sonus nisi per speciē soni.ergo nunqꝫ audit sonus infra sperā multiplicatiōis soni realis:cum ergo in quolibet puncto vbiqꝫ corpora sonantia possit audiri sonus realis.ergo nō solū in medio est sonus realis: sꝫ solū in corporibus se percutiētibus. ¶ Respondet concedēdo ꝙ sonus intentionalis nunqꝫ est in eodē subiecto adequato cū suo sono reali:tamē causat in eodē subiecto cuius est sonus realis: pro quo sciendū est ꝙ sicut motus incipit per remotionē de pñti:ita sonus realis: qꝫ insequit motū:⁊ qꝫ sonus intentionalis dependet a sono reali taꝫ in fieri ꝙ̄ in facto eē: ideo cum percutiēs incipit percutere percussum incipit pducere sonum realē per remotionē de pñti multiplicantē sonum intentionalē nunqꝫ in proprio subiecto: ꝫ vltra.vbi gratia. dato aliquo sono totali diuiso in quatuor partes pma pars pducit secūdā cum sono intentionali:qui nō est similitudo secūde partis.sed pme. Similiter secūda pars pducit tertiā partē cū sono intentionali coextēso illi: qui nō est similitudo illius tertie partis: sed secunde. Consimiliter tertia producit quartaꝫ cum sono intentionali qui est similitudo tertie partis: quarta aūt pars non amplius producit sonum realem: sed solum intentionalē:ad maiorem distantiaꝫ ꝙ̄ sit illa pars ⁊ motus eius: ¶ Textus cōmen.79.

¶ Amplius auditur in aere ⁊ in aqua;sed minus in aqua. Non est autez soni proprius aer neqꝫ aqua:sed oportet firmioꝝ fieri percussionem adinuicem ⁊ ad aera.

¶ Secunda cōclusio.sonus non est effectiue ab aere vel aqua.lꝫ audiatur in quolibet illoꝝ. prima pars probatur: son⁹ nō est effectiue nisi a corporib⁹ duris: sꝫ aer ⁊ aq nō sunt corpora dura ꝙ̄ scda pars ēē ondit. Nā sonus audit. vbicūqꝫ multiplicat in eē itētioāli:sꝫ tā in aere ꝙ̄ in

aqua moltiplicatur intentionaliter. ergo tam in aqua q̃ in aere auditur sonus: melius tamē in aere q̃ in aqua: ſi cut melius multiplicaꝛ in aere q̃ in aqua. Le. lit. (Am plius auditur in aere ⁊ in aqua) sonus. (Sed minus in aqua: non est aūt soni ꝓprius aer: neq̃ aqua) in ratione effectiua (sed opꝫ firmoꝝ) corpoꝝ ⁊ solidoꝝ (percussio nem fieri adinuicē ⁊ ad aera.) ¶ Notandū ſm Cōmen tatorē. cōmēto. 79. ꝙ aer non sufficit vt fiat sonus absq̃ alio ꝑcusso: neq̃ etiā aer sufficit in hoc: sed indiget vt in aere sit percussio a corporibus solidis inuicē ⁊ in ipso ae re. ¶ Istud cōmentū vna cū dictis Aristo. in ambabus precedētibus conclusionibus hꝫ magnā difficultatē: qꝛ ex his sequiꝛ in motu virge nō causari sonum: ex quo so nus in casu isto nō est a virga: vt patuit: nec ab aere ſm Aristo. ⁊ Cōmenta. Et sequiꝛ ꝯñter ꝙ tonitruum nō est sonus factus in nubibus. nec vento quātūcūq̃ flante po test causari sonus: qꝛ nullibi causa effectiua est corpꝰ du rum vel solidū. ¶ Respondeꝛ ꝙ sonus pōt fieri dupli citer: aut per solum motum localē: aut per motum loca lem admixtuꝫ motui alteratiōis. Si ꝑmo modo: aut est magnus: aut paruus: si magnus: duo ad minus sunt cor pora dura a quibus est effectiue: si paruus: sufficit vnū corpus durū: nō tamē per se actiue concurrēs: sed solū passiue. Si aūt sonus fiat per motum localē admixtum motui alteratiōis: nō requiriꝛ ꝑsentia alicuius corporis duri. Dicatur igiꝛ ꝙ Aristo. intelligit de sono magno ꝓ ueniēte ex solo motu locali: nunc aūt sonus virge est par uus: ⁊ si tonitruus aut sonus ventorum est magnus: ille est admixtus motui alterationis: quoniam tonitruum causatur per alterationeꝫ factam in nube. Et sonus ven torum per alterationem exalationum a media regione aeris. ¶ Textus cōmenti. 79.

¶ **Hoc autem fit cum permaneat percussus aer ⁊ non soluatur. Unde si velociter ⁊ fortiter: percutiatur sonat.**

¶ Tertia cōclusio. ad generationē soni requiriꝛ fortis ⁊ velox reuerberatio aeris: ꝓbatur. ad generationeꝫ soni requiriꝛ ꝙ aer maneat ⁊ nō dissoluaꝛ: sed hoc nō potest. fieri sine forti ⁊ veloci reuerberatiōe aeris. ergo ⁊c. ma ior pꝫ: qꝛ ad generationē soni requiriꝛ ꝙ aer frangatur: sed aer nō frangiꝛ si dissoluiꝛ: ⁊ nō manet. ergo opꝫ aerē manere ⁊ nō dissolui in gnātione soni: minor aūt est ma nifesta: eo ꝙ siquis percuteret remisse: nō faceret sonuꝫ: etiaꝫ si nō velociter moueretur percutiens contra per cussum: sed tarde: nō causareꝛ sonus: vt docet experien tia. Le. lit. (Hoc aūt fit). s. sonus (cuꝫ ꝑmaneat ꝑcussus aer: ⁊ nō soluaꝛ. vn̄ si fortiter ⁊ velociter ꝑcutiaꝛ sonat) .s. h̄ ipm ꝑcussuꝫ. ¶ Textus cōmen. 79.

¶ **Opꝫ. n. preoccupare motū ferientis fracturaꝫ aeris. Sicut si congregationem aut cumuluꝫ lapilloꝝ percutiat aliquis latum velociter.**

¶ Ex ista cōclusione. infert Aristo. ꝙ ad causatione soni opꝫ motū percutiēs preuēire diuisionē aeris ⁊ fracturā eius: ⁊ hoc ideo vt aer adunatus ⁊ collectus percuti pos sit: ⁊ in eo sonus generari: ⁊ est simile sicut si esset vnus paruus cumulus paruoꝝ lapilloꝝ: qui esset in dissolui: ex quo tanq̃ ex percusso nō causaretur sonus: nisi in eo fieret velox ⁊ fortis ꝑcussio. Si. n. fieret fortis percussio ⁊ nō velox: sic ꝙ dissolutio cumuli ꝑcederet ꝑcussioneꝫ: nō fieret sonus. si aūt velox fieret ꝑcussio ⁊ nō fortis: ite rum nō fieret sonus: eodem modo in aere exigiꝛ fortitu do ⁊ velocitas verberatōis: si in eo dꝫ fieri sonus. Lege litteram. (Opꝫ. n. preoccupare) .i. preuenire (motuꝫ fe rientis fracturā aeris: sicut si congregationē aut cumu lum lapilloꝝ ꝑcutiat aliquis latuꝫ velociter) .i. per mo tum velociter factum: tunc causaꝛ sonus. ¶ Notanduꝫ ꝑmo ſm Cōmentatorē. cōmen. 79. ꝙ sonus fit qn̄ fuerit percussio a solidis corporibus inuicem ⁊ in ipsum aerē: ⁊ fuerit percussio ipsius aeris per velocē motum: ita ꝙ precedat motum aeris ⁊ fuerit percutiēs habēs latitu dinem. Quoniam resistit tunc ei aer. Intelligit Cōmē tator ꝙ vltra percutiēs percussum: ⁊ medium: ⁊ preter velocitatem motus vna cum fortitudine percussionis: oportet percutiēs ⁊ percussum inuiceꝫ se percutere ſm latitudinē ⁊ proportionataꝫ quantitatē: qꝛ si acus acum in puncto percuteret: nō causareꝛ sonus. ¶ Secūdo no tandū ſm Cōmentatorē codeꝫ cōmento: ꝙ ea que sunt velocis motus faciunt in aere sonum: lꝫ nō percutiatur aliud: vt motus corrigie in aere: vult dicere Cōmētator ꝙ si in aere nō sit valde fortis percussio: necessario pter aerē exigitur percutiēs ⁊ percussum: vbi aūt fit multuꝫ fortis percussio: aer pōt supplere viceꝫ percussi: ⁊ in tali casu duo sufficerēt ad causationē soni. s. verberās: ⁊ aer se habēs vt percussum: ⁊ vt medium recipiēs sonum: vt pꝫ in motu virge: seu corrigie in aere. Et ex hoc pōt de clarari intentio Cōmentatoris. cōmēto superius allega to: cum inquit aerem nō sufficere: sed preter eum neces sario corpora dura concurrere: intendebat si non fieret multum fortis ⁊ velox percussio in aere. Duo igitur hic sunt. s. percutiēs ⁊ medium: qd̄ est simul medium ⁊ per cussum: non tamē tollitur qͥn essent tria: quia nō soluꝫ per verberationē corrigie generatur sonus: sꝫ per reper cussionē ꝑtiuꝫ lateraliū aeris: que sunt due: quaꝝ quelꝫ est ꝑcutiēs ⁊ ꝑcussū ⁊ mediū. ¶ Textus cōmē. 80.

¶ **Echon autem fit cuꝫ ab aere vno fracto pro pter vas determinans ⁊ ꝓhibēs diffundi iteꝝ aer repellitur sicut spera.**

¶ Quarta conclusio. nunq̃ causatur sonus quin tunc ge neretur echon lꝫ non semper manifeste. Pro demōstra tione huius ꝯclusionis. ꝑmo declaratur quid est echon: ⁊ dicitur ꝙ echon est sonus reflexus: qui fit per hūc mo dum. nam dum generatur ꝑmus sonus: qui diciꝛ aer re ctus deferēs illuꝫ sonū diffunditur: qui si inuenerit ob staculum: regrediꝛ versus principium percussionis: cau sans sonum qui diciꝛ echon: sicut enim lapis cum proy citur in aqua causat circulos: qui si inuenerint obstacu lum reflectunꝛ: sic cum aliquod corpus solidum percu titur ad aliud corpus: in aere fiunt circuli: qui continue multiplicantur ⁊ diffundunꝛ; qui si inuenerint obstacu lum reflectuntur: accidit ergo in illis circulis: sicut acci dit in spera seu pila: que proiecta inueniēs obstaculum: reflectitur: ⁊ retrocedit. Diciꝛ itaq̃ generatus sonus in aere. ꝑmo ex diffusione circuloꝝ. secundo ex reflexione eoꝝ: ⁊ hic diciꝛ echon. Lege lit. (Echon aūt fit cum ab aere vno fracto ꝓpter vas determinās ⁊ ꝓhibēs iteꝝ) .i. vlteriꝰ (aerē diffundi) iteꝝ (aer repelliꝛ sicut spera) .s. pila ꝓiecta ad partē. ¶ Textus cōmē. 80.

¶ **Uidetur semper fieri echon: sed nō certus: qꝛ accidit in sono sicut in lumine. Etenim lumē semper repercutiꝛ. Neq̃ enim fieret penitus lumen: sed tenebra extra solem.**

¶ Ista declaratione ꝑmisse cōclusio sic arguiꝛ: ita est de sono sicut de lumine: sed lumē nō multiplicatur sine re flexiōe: lꝫ illa reflexio nō sit semꝑ manifesta. ergo pari formiter nunq̃ multiplicatur sonus sine reflexione: ⁊ si sic nunquam generatur sonus quin causetur echon: lꝫ

non semper manifestus: tenet consequētia cū3 primo parte antecedētis: ex sufficienti similitudine: q2 sicut lumē ita sonus multiplicatur in medio: sed secūda pars antecedentis declaratur: quia si lumen non semper reflecteretur: non fieret penitus lumen extra solem: sed tenebra: eo q2 nō eēt lumen nisi in loco quem sol aspiceret: alibi autē esset omnino tenebra: sicut de nocte. Semper igitur fit reflexio luminis: sed non semper manifesta: quia non semper est fortis. Unde si radij solares incidant in corpus tersum & politū: resultat ex tali reflexione splendor: & tunc reflexio est manifesta. Est autem immanifesta quādo nō est ita fortis: sed debilis: sicut quando arbores faciunt umbram: in illa eni3 umbra est aliqua reflexio: q2 dato opposito nullus posset legere in umbra illa: sicut nec de nocte in tenebris. Lege litterā. (Videtur sūt semper fieri echon: sed nō certus). i. manifestus (q2 accidit in sono sicut in lumine. & eni lumen sepe repercutitur). i. reflectitur: (non. n. fieret penitus lumen. sed tenebra ex solē.) si nō reflecteretur. ¶ Textus cōmē. 80.

¶ Sed non sic repercutitur: sicut ab aqua aut aere aut ab aliquo alio leniu3. Quare tenebrā facit qua lumen terminamus.

¶ Deinde phus declarat que reflexio luminis est manifesta: & que īmanifesta dicens q2 nō sic reflectitur lumen a corporibus opacis: sicut ab aqua: vel ab aere: aut a corpore terso. nam ab istis fit reflexio cum claritate & radiorum emissione: sed a corporibus opacis fit reflexio cāns umbram ex illa parte ubi determinamus lumē: qd est ex directa emissione radiorum solarium: & ita in proposito semper sonus reflectitur: q2 aliter nō sentiretur nisi versus partem percussionis: qd est contra experientiā. Experimur eni3 nos percipere sonu3 circulariter circa locū percussiōis: quando igitur repercussio & reflexio soni fit ad corpus durum & maxime concauū: sicut est puteus: vel cripta: tūc fit manifeste echon. Nam tunc cū quis loquitur: videtur audire voce3 similē prime voci. In aere aūt & in alijs corporibus indispositis fit echon īmanifestus. Lege littera3. (Sed nō sic repercutitur) semper lumē (sicut) quādo reflectitur (ab aqua: aut ab aere: aut ab aliquo alio leniu3) corporum & tersorum: (quare tenebram). i. umbram (facit) ex ea parte (qua lumē terminamus.) propter repercussionem factam ad corpora opaca. ¶ Notandū primo secundū Cōmentatorē. cōmento. 80. q2 echon est iteratio soni cōseruando sua3 figurā: ut accidit in domib9 nō habitatis: & fit ex aere qui fit unus iteratus & inclusus propter illud a quo cōtinetur: & prohibetur ab exitu: quoniā cū motus eius a prima percussione perficitur: expellitur aer a lateribus eius a quo cōtinetur: & percutit ipsu3. secunda percussione simili prime percussioni: que fecit sonu3: & sic audit idē sonus iteratus: quasi respondens primo. Sicut ergo sunt due percussiones: & duo motus aeris: ita duo soni: primarius: & secūdarius respondēs primo: & hic secundarius dicitur echon. ¶ Secundo notandū sm Cōmentatorē eodem cōmento: q2 Aristo. assimilauit illud spere expulse: quoniā quādo spera expellitur: cōtingit in ea motus similis primo motui: & echon auditur post primū sonū: quasi respondēs. q2 iam declaratū est: q2 inter oēs duos motus est quies. Ecce q2 echon nō est primus sonus: sed similis illi nec cōtinuus primo sono: sed discontinuus: sicut secūdus motus discontinuatur primo: q2. 8. physicorum: demonstratur q2 inter quoscūq3 motus reflexos cadit quies media: & quoniā isti motus sunt cōtrarij: q2 sunt a terminis contrarijs ad terminos contrarios. ideo etiam illi soni sunt cōtrarij: & aliaru3 rationū: sicut & motus in quibus fundātur. ¶ Cōtra predicta arguitur: & primo q2 echon nō generetur ex reflexione alicuius soni: q2 aliter echon semper esset sonus remissior primo sono: oñs est contra experientiam: q2 multotiēs echon est eque fortis & eque clarus sonus sicut primarius: & p3 oñtia: q2 circulationes & reflexiones secundarie nunq3 sunt ita fortes sicut primarie: sed sonus insequitur circulationes & reflexiones. g &c. ¶ Secundo arguitur: q2 echon non sit alius sonus a sono primario: q2 aliter inanimata possent vociferare: cōtra phm in hoc capitulo. parte 4ª. p3 cōsequētia: ex quo echon nō est sonus primus: causatur eni3 echon quādo homo clamat ab ecclesia seu habitatiōe concaua: que est res inanimata. ¶ Tertio arguitur: q2 nō quādocūq3 generatur sonus fit echon: q2 echon est sonus fundatus in motu contrario primo motui: ut colligitur de intētione Arist. & Commentatoris hic. Si ergo quādocūq3 generatur sonus causatur echon: sequitur eundē aere3 simul moueri motibus cōtrarijs. ¶ Quarto arguitur q2 sonus primarius & echon nō contrariantur: nec sunt diuersaru3 rationū: q2 aliter sequitur q2 ille due voces homo & homa sunt diuersarū rationum: & ille due homo & asinus sunt eiusdē rōnis: quorum quodlibet videtur dissonū: & p3 oñtia dato q2 sortes & plato ex opposito loquerentur proferentes aliquā tale3 voce3 homa: sort. vo & Cicero ad eandē differentiā positionis proferrēt istas voces homo & asinus. ¶ Circa hāc materiā sunt plurime opiniones. prima dicit q2 echon nō generatur nisi ex reflexione soni realis: propter litterā & cōmentum in quibus habetur: q2 ita se h3 sonus ad echon: sicut lumē primariū ad lumē reflexum: sed lumē reflexū nunq3 generatur nisi ex lumine reali: ergo echon nunq3 producitur nisi ex sono reali. ¶ Ista opinio non est vera: q2 sicut sonus rectus pōt audiri absq3 hoc q2 perueniat ad auditu3: ita pōt fieri echon absq3 hoc q2 generetur immediate ex sono reali. Unde in magnis ecclesijs causatur echon: homine satis plane loquēte: ex qua loqutiōe nō apparet aerē moueri ad tectum vel ad latera. Op3 ergo dicere q2 echon ibi causetur ex sola reflexiōe speciei soni: in puteis aūt propter modicam distantia3 bene causatur echon īmediate ex sono reali primario. ¶ Secūda opinio est q2 echon nullo modo generatur ex repercussiōe soni realis: sed som intentionalis: q2 sicut imago causata in speculo nullo modo fit ex repercussiōe coloris realis: s3 solum intentionalis: ita videtur q2 echon. ¶ Hec opinio omnino cōtraria est pho & Cōmentatori. dicunt. n. q2 nūq3 causatur sonus rectus quin causetur echon: l3 nō semper manifeste: dando exemplū de lapide proiecto in aqua: & de pila proiecta ad parietē: & de lumine quo ad manifestu3 & īmanifestū: sicut ergo inuēto obstaculo secunda circulatio fit ex prima: ita secūdus sonus qui est echon: fit ex primo qui est sonus realis. ¶ Tertia opinio dicit q2 echon non fit ex sono reali nec intētionali: quoniā est idem numero cum sono reali primario directe multiplicato: inducens exemplu3 Aristo. & Auerroys de pila proiecta ad parietē: que est eade3 numero tam recte q3 reflexe proiecta: Ita echon nō est alius sonus a primo: sed est idem reflexe auditus per specie3 soni reflexā: sicut reflexe video me in speculo: & non aliquā imaginem causatam in illo per solā speciē visibilem reflexā. ¶ Iteru3 hec opinio est contra intentiōe3 Aristote. & Cōmentatoris. nam cum proijcitur lapis in aqua. secunde circulatiōes nō sunt prime: & ita nec secunde refractiōes aeris sunt prime reperto obstaculo. ergo in casu illo nec sonus secundarius qui est echon est sonus primarius: Cōmentator autem dicit: q2 echon est similis primo sono: & fit ex secūda percussione simili prime: modo nihil est proprie simile sibi:

T. c. 70.

missos: sed solū intensos cū delectatiōe: si fuerint ꝯueniētes: aut cū tristicia si fuerint discōueniētes. sic ꝙ non ꝑcipit odores ad quos non sequatur letitia vl' tristicia: sicut percipiūt alia aīalia: ꝛ ꝑcipue canes sentiētes odores remissos: ex qbus nō habent letitiā vel tristitiam. Lege li. (De odore aūt ꝛ olfabili minus bene determinabile ē dictis). s. visibili ꝛ audibili: (non enim manifestum est q̄le ꝛ qd sit odor: sicut sonus. aut visibile: vtrū lumen sit) vel aliud: (causa aūt est; qꝛ sensuz hunc). s. odoratū. (non habemus certū. sed peiorē multis aīalibus: praue. n. odorat hō: ꝛ nihil odorat odorabiliū sine letitia aut tristitia: sic nō existente certo eo) odorabili (qđ sentimus: rōnabile enim est) hoīes ꝑcipere odores (sicut ꝛ fortes oculus) ꝓpter duritiē (coloris sentire: ꝛ nō ꝑ manifestas ipsis esse dr̄ias colorꝝ: nisi terrētiuum ꝛ nō terrentiū:) ita ꝙ non cognoscunt nisi extremos coloris. (Sic aūt ꝛ odores) sentit (hoīum genus.) ¶ Notandū p° scđm Cōmentatorē cōmento. 92. ꝙ determinatiōis odoris cā difficultatis in hō est ꝙ nō declarat̄ de odore: cuius odor sit: ꝛ q̄ sint dr̄ie ꝓprie vnuiscuiusqꝫ corꝝ: sicut declorāt̄ dr̄ie coloris: ꝛ vocū; color. n. hꝫ suas dr̄ias exp̄ssas ꝛ notas. s. albedinē nigredinē Sonus ēt acutū ꝛ graue: sed odor suas dr̄ias hꝫ innominatas. ¶ Scđo notādū scđm Cōmentatorē eodē cōmento ꝙ intellectus difficile ꝯprehendit dr̄ias odoris: qꝛ ille sensus. s. odoratus debiliter cōprehēdit dr̄ias odoris sensibiles: cōprehēsio. n. dr̄iaꝝ reꝝ sensibiliū a sensu est causa in cōprehēsione eaꝝ ab intellectu: ꝛ iō qui caret sensu. caret intellectu illius generis sensibiliū. Intellect° igit̄ faciliter cōprehendit dr̄ias coloris ꝛ soni: qꝛ visus faciliter cōprehendit dr̄ias coloris ꝛ auditus soni. Difficulter aūt ꝑcipit dr̄ias odoris: qꝛ odoratus cū difficultate cōprehēdit illas: ꝛ ita cōprehensio intellectus dependet a cōprehensione sensus. ¶ Tertio notandū scđm Cōmentatorē eodē cōmento. ꝙ multa aīalia videnť cognoscere sua nutrimēta ꝑ dr̄ias odoris: sicut nos percipimus per saporē: ꝛ nō in hoc tm̄ excedūt aīalia nos: sꝫ in cōprehendendo odores: sed in comprehēdendo istos a remoto spatio. In duobus igitur nos aliqua aīalia excedūt: ꝑmo qꝛ cognoscūt sua nutrimēta per dr̄ias odorū: nos aūt per dr̄ias saporis. Scđo qꝛ cognoscūt ad maiorez distantiā q̄ȝ nos dr̄ias odoris. ¶ Quarto notandū scđm cōmentatorē cōdem cōmento; ꝙ ita sentiunt hoīes differētias odoris: sicut aīalia duri oculi dr̄ias coloris: queādmodū enim illa nō cōprehendūt de differētijs coloris nisi ꝯuenientem ꝛ incōueniētez: ita hoīes nō cōprehendunt de dr̄ijs odoris nisi delectabilez ꝛ ꝯtristabilē. ¶ Ex quo cōmento appet ꝙ per terrentiū Aristotiles intendit colores discōuenientes: ꝛ per nō terrentiū colores nō discōueniētes: Albert° tamen aliter dicit. s. ꝙ per ly terrentiū Aristotiles itelligit excellens terribile. Inquit enim ꝙ ista aīalia que habent oculos duros; in eorū oculis habent quandā humiditatē extraneā propter quā species multiplicate diffundunt̄: ꝛ ingrossant̄. ideo apparent ꝑ modū terribilitatis.

Et ista de causa hoīes post dormitionē videntes lumen terrent̄: qꝛ eis aduenit talis humiditas extranea: ꝓpter quā lumen ingrossat̄: ꝛ apparet eis ꝙ videāt lumen terribile: ꝛ ita dicit de odore respectu hoīum: assignās cām in hoc secūdo: ꝛ in libro de aīalibus quare hoīes habent peiorem olfatuz ceteris aīalibus per quattuor ꝓpositiōes: quaꝝ ꝑma est ista: cerebrum humanū inter cetera aīalia ꝓportionabilr̄ est maioris q̄ntitatis. Ista propositio pꝫ ad experiētiaz: secūdum ꝙ Anatomiste ostendūt: ratiōe sūt qꝛ hꝫ plures ꝛ maiores operatiōes: ideo opꝫ ꝙ sit ꝓportionabilr̄ maius. Secūda ꝓpositio cerebrū humanum inter cetera est frigidius ꝛ humidius: pꝫ per hoc signum: qꝛ homo plus dormit ceteris animalibus: dormit enim per medietatem temporis vite eius. Tertia ꝓpositio: organū odoratus hoīs est inter cetera aīalia magis ꝓpe cerebrū situatū pꝫ: qꝛ inter cetera aīalia vult° hominis est minoris longitudinis: ꝛ partes eius minus distāt a cerebro. Ex quo sequit̄ ꝙ etiā organum odoratus minus distat a cerebro. Quarta ꝓpositio organū odoratus in hoīe inter cetera aīalia est magis indispositū: patet. qꝛ est magis ꝓpinquū cerebro. ergo ratione cerebri est magis frigidū ꝛ humiduz propter quā causam vie per quas debet odor multiplicari sunt stricte. ideo non bene sentit homo odores. Ex istis ꝓpositionibus sequit̄ primo: ꝙ q̄nto organū odoratus magis distat a cerebro: tanto ē melius dispositum: qꝛ tunc est minus frigidum humiduz: et per consequens melius dispositūz ad recipiendum odores. Secundo sequit̄ ꝙ bruta aliquas differentias odoris sentiunt: que sunt hominibus ignote: patet. qꝛ habent organū odoratus bene dispositum ꝓpter elongationem a cerebro: hoc tamen experientijs declaratur: quaꝝ ꝑma est de cane reperiente furem per odoratū: sentit enim canis in loco furti odorem furantis: quē odorez sequit̄ vsqꝫ quo furem reperiat: cognoscens illum odorem esse illius hominis: ꝛ nō alterius: hoc aūt per odoratū non posset facere aliquis homo. Secunda experiētia est de cane venatico: videmus enī canes venaticos inquirere ceruum vulneratū non mittentez sanguinem per loca canum: et eos alios ceruos non inquirere: cum sint ꝓpinquiores: ꝛ in eadem via: ꝛ hoc videtur esse solūmodo: quia odorem sentiūt vulneꝝ: qđ nullus homo posset percipere. Tertia experientia est de cane inueniēte dominū suum in tenebris: non obstante ꝙ immixtus sit multis alijs hominibus: qđ nō potest esse nisi per odoratum: quoniam homines sunt diuersaꝝ complexionuz: ꝛ consequenter diuersas fumales euaporationes multiplicant: in quibus est odor: ꝛ ideo propter talem diuersitatez odoruz cognoscit canis dominū suum inter mille homines. Quarta experientia est cōmuniter omniū animaliū querētium a longe nutrimentū per solum odoratū: qđ homines nunquā possent sentire. Et ita patet ꝙ multe differētie odoris sūt note brutis: que nō sunt note hominibus: ꝛ licet dicat̄ hominez peius odorare q̄ȝ cetera animalia: non tamen est intelligendum de omnibus: quia multa sunt animalia: que propter alia impedimēta non ita bene odorāt vt homo. ¶ Contra dicta arguit̄: probando olfatum hominis esse meliorez ceteris olfatibus: qꝛ olfatus potest ad quattuor comparari: scilicet ad animaz: ad potētiam: ad organum: ꝛ ad obiectū: si comparatur ad animaz: sic olfatus hominis est melior ceteris olfatibus: sicut anima hominis est melior ceteris animabus: si comparatur ad potētiam: sic iterum est melior: quoniā quelibet potentia sensitiua hominis est melior ꝛ perfectior alijs potentijs: per cōmētatorem in hoc secūdo cōmento. 63. tam ratione subiecti q̄ȝ ratione finis: habet enim quelibet potentia humana nobilius subiectum ꝛ nobiliorem finē. scilicet scire ꝛ speculari: si autem comparat̄ olfatus ad organum. iterum est melior alijs: qꝛ organuz odoratus hominis est melius dispositum alijs: cum istud sit magis frigidū ꝛ humiduz: vt dictum est: odor autem ꝯsistit in calido ꝛ sicco: secundum phylosophum in libro de sensu ꝛ sensato. ergo optime recipit odorem: patet consequentia: quia omne recipiens denudatur a natura recepti: secundum phylosophum et Cōmentatorem in hoc secundo. Si vero olfatus comparatur ad obiectum: iterū est melior: qꝛ percipit plures differentias. Unde Ar. dicit in libro de sensu ꝛ sensato. ꝙ homo inter cetera animalia habet sensum olfatus

T. ꝛ cō. lip.

maioris discretionis: idest plura percipit: vbi cōmētator ait. ꝙ homo sentit odores floꝝ: sed brutuꝫ non sentit nisi odores coniunctos cū nutrimento. ¶ Rn̄detur. ꝙ sicut in potentijs actiuis vnū est altero essentialiter melius et accidētaliter peius: ita in potētijs passiuis: cāpana enim argentea est essentialr̄ melior ꝛ pfectior cāpona erea: tn̄ accidentaliter est peior: q2 non est ita bene disposita mouere audituꝫ sicut erea: similiter securis argentea est essētialiter melior securi ferrea: sicut etiā est nobilior ratiōe nobilioris materie: que est tota substātia eius: accidentaliter aūt ferrea est melior: q2 melius disposita ad scindendum. Ita est dicēdū de odoratu: ꝙ odoratus human⁹ est essentialiter melior ceteris olfatibus: cuꝫ sit ꝓprietas nobilioris ꝛ melioris forme: ꝛ ꝓpter nobiliorē ac meliorem finē: accidentalr̄ aūt est peior: q2 peius dispositus ad sentiendū: ꝓpter indispositiōem organi. Et tunc ad argumētum: concedo ꝙ omne recipiens denudat̄ a natura recepti: modo organū odoratus ſm ꝙ huius. non recipit calidum nec frigidū. sed odorem: a quo certe denudatur: inq̄tum vero habet in se tactū: sic melius recipit caliduꝫ ꝛ siccum: q̄ȝ olfatus alioꝝ animaliū: sicut etiā magis denudatur a calido ꝛ sicco: licet igit̄ organū odoratus nō sit indispositū ad recipiendū calidū ꝛ siccum: est tamen indispositū ad receptionē odoris. Et si ex his aliquis concluderet ꝙ pisces quicunqꝫ sint illi peius odorant q̄ȝ homo: q2 habent organum olfatus magis frigidū ꝛ humidū negatur ꝯsequentia. q2 lꝫ habeant intensiue plus de frigiditate ꝛ humiditate: non tamē extensiue: sed homo. Concedo etiā ꝙ olfatus hoīs est accidentaliter peior per respectum ad obiectū: q2 ad minorē distantiā percipit odorem: ꝛ pauciores differentias eius. Et ad p̄hm dicentem ꝙ odoratus hominis est melioris discretiōis. Respōdet̄ ꝙ Aꝛ. per istud nihil aliud vult intelligere nisi quod dicit Auicēna parte secūda sui de animalibus: ꝙ homo est olfatus maioris ingenij. ¶ Et ad cōmentatoreꝫ dicit̄ ꝙ canes etiam sentiunt odores florum: sed nō cum delectatione: ꝛ hoc ipse intendebat. Unde sicut canes vident oēs colores: sed nō delectant̄ nisi in coloribus cōiunctis nutrimēto: ita sentiunt oēs odores: sed nō delectātur nisi in odoribus coniūctis nutrimento: vnde q2 flores nō sūt nutrimenta canum: nō sentiunt odores illorum delectabiliter. ¶ Dicat̄ ergo ꝙ canis simpliciter ꝑcipit plures differentias odorum. Sed homo percipit plures cū delectatione: ꝛ secūdum hoc dicit̄ maioris ꝛ melioris discretionis atqꝫ ingenij: sicut dictū est de odoratu hoīs: ita de alijs sensibus: q2 qlibet sensus hominis tam īterior q̄ȝ exterior est essentialiter perfectior sensibus alioꝝ aīalium: ꝛ consequenter melior: licet econtra accidētaliter possit cōtingere: visus enim aquile est accidētaliter perfectior visu hominis: q2 habet meliorem dispositioneꝫ oculi ad videndum: visus aūt hoīs est essentialiter melior ꝛ perfectior visu aquile: quia est ꝓprietas melioris forme et ad meliorem finem. ¶ Textus ꝯmēti. 93. ꝛ 94.

¶ Uidet̄ enim ꝛ anologiā habere ad gustū: ꝛ similiter spēs humoꝝ cū his que sunt odoris.

T.c.94

¶ Sed certiorem habemus gustū ꝓpter id qꝺ ipse qdem tactus est: hunc aūt hꝫ homo sensuꝫ certissimū. In alijs aūt deficit ab aīalibus multis: ſm aūt tactum differenter certificat.

¶ Secunda conclusio: differentie odoꝝ cognoscuntur ex differentijs saporum: probatur: sensus odoratus cognoscitur per sensum gustus. ergo odores cognoscunt̄ per sapores: patet ꝯseq̄ntia. q2 qualis est analogia ꝛ conuenientia inter odoratum ꝛ gustuꝫ: talis est conueniētia ꝛ analogia inter odores ꝛ sapores: ꝛ hoc ꝓpter vnitatem ꝛ ꝓportionem inuicem potentiaꝝ ꝛ suoꝝ obiectorum: antecedens declarat̄. nam illud qꝺ est ignotuꝫ est cognoscibile per illud quod est notū: vt patet: sꝫ odoratus est ignotus: vt dictum est: ꝛ gustus notissimus atqꝫ certissimus. ergo ꝑ gustuꝫ est cognoscibilis odoratus. Q2 aūt gustus sit notissimus atqꝫ certissimus etiā quo ad nos: ostendit̄: q2 tactus est nobis notissimus: cū per illū melius cognoscamus differētiaꝫ tangibiliū q̄ȝ alia animalia. In hunc eni͂ sensuꝫ excedimus alia animalia: ꝓpter meliorē proportionem: licet alia animalia in alijs sensibus nos excedant: sed gustus est quidā tactus. ergo gustus est nobis notissimus: ꝛ in isto pariformiter excedimus alia animalia. Lege. li. (Uidet̄ enim ꝛ anologiam habere ad gustū) odoratus: (ꝛ similiter species humoꝝ). i. differētie sapoꝝ (cū his) differentijs (que sunt odorum: sed certiorem habem⁹ gustum: ꝓpter illud ꝙ ipse quidē tactus est: hunc aūt) scꝫ tactū (habet homo sensum certissimū: in alijs). n. sensibus (deficit ab aīalibus multis: ſm aūt tactuꝫ differēter certificat). idest optime cognoscit omnes differentias tangibilium. ¶ Textus cōmenti. 94.

¶ Unde ꝛ prudentissimū aīalium est. Signuꝫ aūt in genere hoīuꝫ ſm sensuꝫ hūc ingeniosos esse ꝛ nō ingeniosos: ſm aliū aūt nullū. duri eni͂ carne inepti mēte: molles aūt carne bene apti.

¶ Ex ista conclusione cū sua ꝓbatione infert Aꝛ. corrolarie ꝙ homo est prudētissimū ꝛ sagacissimū oīum aīaliuꝫ. Nam ex bonitate tactus arguim⁹ a posteriori bonitateꝫ prudētie ꝛ sagacitatis: sed homo ceteris aīalibus hꝫ meliorem tactū. ergo homo ceteris aīalibus habet maioreꝫ prudentiā ꝛ sagacitateꝫ: tenet ꝯsequentia cum minori: q2 homo habet mollem carnem: ꝛ alia bruta habent duras cornes: maior aūt declaratur a signo. nā in genere hoīum ex sensu tactus accipimus ꝙ aliqui sunt ingeniosi: ꝛ aliq non ingeniosi: ꝛ non secūdum aliquem alium sensuꝫ: qui enim habent durā carnem: ꝛ consequenter malū tactuꝫ sunt inepti secūdum mentem: qui vero sunt molles carne: ꝛ per consequēs boni tactus. sunt apti mēte. Modo illud qꝺ videmus in aliquibus hoībus respectu alioꝝ hominuꝫ: possumus iudicare de oībus hoībus simul respectu omnium aliorum animalium. Et ita ex bonitate tactus arguimus omnes homines esse prudentiores ceteris animalibus. Lege. li. (Unde ꝛ prudētissimū aīalium est) homo: (signū autem ꝛ in genere hominū secūdū sensum hunc). s. tactum (ingeniosos esse: ꝛ nō ingeniosos: secundū aūt alium nullū) sensum dicuntur ingeniosi: (duri enim carne inepti mente) dicunt̄: (molles autem carne bene apti) mente sunt. ¶ Notanduꝫ primo secūdum Cōmentatorē ꝯmento. 94. ꝙ licet iste sensus. s. tactus sit perfectior in homine q̄ȝ in alijs aīalibus: tamen non sequitur ex hoc vt sit in alijs sensibus: imo diminuitur in eis a multis animalibus. Ita ꝙ homo secūduꝫ tactuꝫ excedit omnia alia animalia: ꝛ ī alijs sensibus excedit̄ ab alijs animalibus: q2 aliqua bruta melius vident q̄ȝ homīes: ꝛ aliqua melius audiūt q̄ȝ hoīes: ꝛ aliqua melius odorant. Sed nulla melius gustant q̄ȝ homines: q2 gustus est quidam tactus. Secūdo notanduꝫ secundū Cōmentatoreꝫ eodem cōmento: ꝙ propter bonitatem istius sensus scilicet tactus: est subtilior homo omnibus animalibus: ꝛ discretior: secūdum ꝙ cōplexio conueniens bonitati illius sensus: est conueniens discretioni intellectus: ꝛ sequitur bonitas discretionis non videtur consequi bonitatē aliorum sensuū: bonitateꝫ visus potest homo esse ꝛ indiscre-

tus: ⁊ similiter boni auditus: sed boni tactus semꝑ videt̄ discretus ⁊ intelligens: ⁊ econuerso. ⁊ cū tu inspexeris intelligentes hoīes semper inuenies esse talis dispositiōis. Uult ergo cōmentator istam ꝯsequentiam esse bonā: iste homo habet mollē carnem vel bonū tactū. ergo est bone discretionis ⁊ boni intellectus: ⁊ ecōuerso. ❡ Contra predicta arguit̄: ⁊ pͥmo ꝙ cetera animalia habēt meliorē tactum q̄ȝ homo: qr tactus est de natura terre: scḋm phm in libro de sensu. ergo illa habēt meliorem tactum in q̄bus dominatur magis terra: sed in brutis magis dominatur terra q̄ȝ in hominib⁹: qr habent duriores carnes. ergo ⁊c̄. Idem videt̄ esse de intentione Alberti dicentis araneā sentire muscam ad magnā distantiam per sensuȝ tactus: Adducit etiā auctoritates poetarum hoc dicētiū ꝙ aranea est melioris tactus. ❡ Secūdo arguit̄. ꝙ alij sensus magis arguunt bonitateȝ intellectus q̄ȝ sensus tactus: qr intellectus est imaterialis: ergo sensus q̄to erit min⁹ materialis. tanto magis arguet bonitatē intellectus: sed alij sensus a sensu tactus sunt minus materiales sensu tact⁹: qr minus eis dominatur terra: ſm Aristotilem in libro de sensu ⁊ sensato: ⁊ Auicennā sexto naturaliū: ergo. Itē pͥmo methaphysice dicit phs ꝙ visum maxime diligimus: qr rerum plures differētias nobis ostendit: ⁊ ꝑ consequens magis deseruit intellectui ad cognoscenduȝ: de auditu aūt dicit ꝙ est maxime disciplinabilis. ergo auditus maxime deseruit intellectui ad scientiā ⁊ doctrinaȝ. ❡ Tertio arguitur. ꝙ mollities carnis non arguit bonitatem ⁊ discretiōem intellectus: qr tunc mulieres essent melioris intellectus ⁊ prudentie q̄ȝ viri: ⁊ pueri senibus: qḋ est falsum: ⁊ contra phm pͥmo politicoꝝ: dicenteȝ. ꝙ puer habet consilium imperfectū: femina aūt inualiduȝ: seruus aūt nihil habet ad consiliandū: ⁊ patet consequentia: quia mulieres habent carnē magis mollem viris: et pueri magis mollem senibus. ❡ Ad primū dicitur. ꝙ homo habet meliorē tactum alijs animalibus: ac etiam gustum: qr plures differentias percipit tangibiliū: ⁊ saporū: ⁊ ad maiorem distantiam. Et ad rationem factaȝ negatur consequētia: sed bene sequit̄ in tactu dominat̄ terra: ergo illa habent meliorem tactū in quibus dominat̄ terra secūdum melioreȝ cōpositionem eius. modo in hominis tactu ⁊ gustu dominatur terra: secūdum nobilissimā compositioneȝ eius: qr non minus intense: nec minus remisse: sed modo medio ꝓportionabili sensui tactus ⁊ gustus. Ad experientiā aranee dico ꝙ nō percipit sensu tactus muscam per tantam distantiam per quantaȝ percipit homo illam: scilicet tangendo: sed per motū tele percipit muscā ex instinctu nature: nec dictuȝ poetarum est autenticum: qr concessuȝ est eis mentiri. dicit Albertus. ❡ Ad secūdum negatur consequētia: imo sequitur oppositum. nam quia sensus tactus est materialior alijs: ⁊ est fundomētuȝ omniū aliorū sensuum: habentes hunc sensum bonuȝ habent materiam bene dispositam: ⁊ corpus bene complexionatū: quare sicut opera artis facilius et melius exercentur per organa bene disposita ⁊ bene proportionata illi arti: sic opera ipsi⁹ anime melius fiunt: q̄ñ corpus est bene dispositum ⁊ melius ꝓportionatum sibi. Et ad phm dicitur. ꝙ visus ⁊ auditus magis deseruiūt intellectui quo ad cognitionem ⁊ scientiam q̄ȝ sensus tactus: vt est instrumentum particulare: iuxta doctrinam Aristotelis: sed non arguunt conuertibiliter bonitatem intellectus ⁊ ingenij. secundum Cōmentatorem: quia nō sequitur. iste habet bonum visum vel bonum auditum. ergo habet bonum intellectum vel ingenium: nec econtra. Bene autem sequitur. iste habet bonum tactum. ergo bonum intellectum. ⁊ econtra. ❡ Unde sicut in arte est conuertibilitas cum vno instrumento. ⁊ non cuȝ aliorum ita ⁊ in natura. Nam ex bonitate scriptoris sequitur bonitas manus: ⁊ econtra. nam sequitur. iste est bonus scriptor. ergo est aptus habere bonaȝ manū ad scribendum: ⁊ econtra. iste habet bonā manū ad scribendum. ergo est aptus esse bonus scriptor: sed non sequitur iste habet bonam pennam. ergo est aptus bene scribere: ita in proposito: ⁊ sicut idem artifex vtitur eodem instrumēto cuȝ pluribus instrumentis: cum vtatur manu cuȝ penna ad scribendum: ⁊ cum securi ad domificandū: ⁊ cum malleo ad percutienduȝ. Ita intellectus vtitur tactu in omnibus alijs sensibus. Ideo sicut manus plus deseruit artifici q̄ȝ aliquod aliorum separabilium instrumentorum. Ita tactus plus deseruit intellectui q̄ȝ aliquis alioꝝ sensuȝ vt est instrumentum vniuersale. Sicut ergo manus est instrumentū generale pro q̄to concurrit cū penna securi ⁊ malleo: ⁊ est instrumentū speciale pro q̄to per istaȝ īmediate fit vestitio comestio ⁊ bibitio. Ita tactus est instrumentū generale pro quanto concurrit necessario cum visu auditu ⁊ huiusmodi ad scientiam intellectus: ⁊ sic magis deseruit intellectui q̄ȝ alij sensus: ⁊ est instrumentum speciale pro q̄to offert intellectui species tāgibiliū qualitatum. Isto modo minus deseruit intellectui q̄ȝ visus ⁊ auditus. iuxta doctrinaȝ Ar. pͥmo methaphysice. ❡ Ad tertiū negat̄ ꝯseq̄ntia. Et ad ꝓbationē dicit̄. ꝙ mollities carnis potest dupliciter ꝓuenire: primo ex bonitate complexiōis: ⁊ sic habētes cōplexioneȝ ratam: ⁊ bene dispositam: sunt boni tactus: ⁊ apti mente. Secūdo potest prouenire ex abundantia flegmatis: ⁊ tales non sunt boni tactus: qr nō habent qualitates tangibiles bene redactas ad mediū. Sunt ergo tales male cōplexionis. ⁊ mali tactus: ⁊ consequēter non bene apti mente. Cum ergo dicit Aristotiles ꝙ habentes mollem carnem habent bonum tactum: ac per hoc sunt ingeniosi: ⁊ prudentes. Loquitur de mollitie ꝓueniente ex bona complexione corporis: ⁊ non abundantia flegmatis. Nūc autem dicitur ꝙ mollities puerorum ⁊ mulierum prouenit ex abundantia flegmatis. ❡ Textus cōmenti. 95.

❡ **Est aūt sicut humor: hic quidem dulcis: ille ꝟo amarus: sic ⁊ odores sunt. Sed alia q̄deȝ habēt ꝓportionalr̄ odorē ⁊ humorē: dico aūt dulcem odorē: ⁊ dulcem humoreȝ. Alia vero ꝯtrariū. Silr̄ aūt ⁊ acer: ⁊ austerus ⁊ acut⁹ ⁊ pinguis est odor: sed sicut dixim⁹: ꝓpter id qḋ non multū permanifesti sunt odores: sicut humores: ab his acceperunt noīa ſm silitudinem coꝝ. dulcis quidē enī a croco ⁊ melle. acer aūt a thimo. ⁊ huiusmōi. Eodē aūt modo ⁊ ī alijs.**

❡ Tertia conclusio. species ⁊ differentie odoruȝ denominationē sumunt a speciebus ⁊ differentijs saporuȝ. Ista ꝯclusio pȝ inductiue: q̄ñ sicut saporꝝ ita odorū quidaȝ dicitur dulcis: ⁊ quidā amarus: ⁊ sicut saporꝝ quidaȝ dicit̄ acetosus: vel austerus: ponticus: vel acutus: aut pinguis: ita consimiliter denoiant̄ odores: ⁊ causa dicta est in alia ꝯclusiōe: qr odores sunt ignoti: ⁊ sapores noti. ideo denominationes saporuȝ attribuimus odoribus. Non tamē ex his debet aliquis credere ꝙ denominationes odoruȝ ⁊ saporum se inuicem consequantur. Ita ꝙ vbi est sapor dulcis: ibi sit odor dulcis: ⁊ ecōtra: ⁊ vbi est sapor amar⁹: ibi sit odor amarus. Unde quedā habent proportionabiliter odorem ⁊ saporem: scilicet dulcem odorem ⁊ dulceȝ saporem: quedam vero per contrarium: scilicet suauem

saporem: ⁊ non suauem odorem: ⁊ econuerso: cuius ratio est: qr sapor consistit in humido aqueo aliqualr̄ digesto: odor autez consistit in sicco aereo aliqualiter contẽperato: contingit aūt quãdoqz vtranqz substantiam. scz subtilem aercam ⁊ aqueam grossiorem secũdũz debitam proportiõem cõmixtam esse: ad quã sequitur suauitas odoꝝ ⁊ saporum: si vero sit debita ꝓportio ⁊ digestio in vno et non in alio: erit in vno suauitas: ⁊ non in alio. ¶ Et licet non semꝑ correspondeant in oĩbus odores saporibus, tñ vt dictum est propter hoc ꝙ odores non sunt manifesti sicut sapores: acceperũt nomina odores a saporibus scđm similitudinem eoꝝ: quia vt in pluribus odores rñdent saporibus: dulcis enim odor ⁊ sapor sunt a croco ⁊ melle: acer aūt a thymo: vel aleo: aut altero huiusmõi. Lege. lĩ. (Est aūt sicut humor) idest sapor. (hic quidẽ dulcis: iste vero amarus: sic ⁊ odores sũt) dulces: ⁊ amari. (Sz alia quidem habent ꝓportionabilr̄ odorẽ: ⁊ humorẽ: dico aūt dulcem odorez ⁊ dulcem humorez) idest saporem: (alia vero contrariũz:) scz dulcem saporem ⁊ amarũ odorez: ⁊ econuerso. (Similiter aūt ⁊ acer ⁊ austerus ⁊ acut⁹ ⁊ pinguis est odor) sicut sapor. (Sed sicut diximꝰ ꝓpter illud ꝙ nõ multũ manifesti sunt odores. sicut humores) idest sapores (ab his acceperũt noĩa) odores (ſm multitudinem: dulcis quidem a croco ⁊ melle: acer aũt a thimo vel aleo.) vt habet alia littera cõmenti: (⁊ huiusmodi: eodẽ aũt modo ⁊ in alijs.) Unde cũ denoĩationes fiant scđm modũ vocabuloꝝ: vt plurimũ variata lingua variantur denominatiões. In greca lingua odor suauis accipit denominatiõem a croco ⁊ melle que sunt dulcia: acer vero odor sumit denoĩationem a thimo. vel aleo: aut aliq̃ tali. ¶ Notandũ primo secũduz Cõmentatorem. cõmẽto nonagesimotertio. ꝙ ꝓpter consimilitudinẽ que est iter gustum ⁊ odoratum: differẽtie odoꝝ sunt secũdum numeꝝ differentiarũ saporum. Sed differẽtie saporuz apud nos sunt comprehẽsibiles: ⁊ ille non: ⁊ consĩlitudo que ẽ inter odores ⁊ sapores est quia nõ inuenit̃ odor: nisi in habẽte saporẽ: vt declaratũ est ĩ sensu ⁊ sensato. Uult ergo cõmẽtator ꝙ numerus differentiaꝝ ⁊ specierum odorũ sit tantus sicut numerus differẽtiaꝝ ⁊ specierum sapoꝝ: ⁊ ꝙ ꝑ sapores cognoscant̃ odores: rõne sue ꝓpinquitatis: vñ sapores se habent secũdũ eum vt subiectũ respectu odorũ: alie aũt sensibiles qualitates: vt colores: soni: caliditates frigiditates: ⁊ huiusmodi: nõ taliter se habẽt. ideo nõ mirum: si sapores ducunt in noticiam odorum: ⁊ nõ alie sensibiles qualitates. ¶ Secundo notãdum ſm Cõmentatorem cõmento. 95. ꝙ queadmodum in saporibus est prima contrarietas: scz amaritudo ⁊ dulcedo: ex quibus cõponũtur alij: sic est opinandũ ꝙ in odoribus est prima cõtrarietas ex qua cõponũtur medij: secũdum ergo cõmentatorẽ sicut albedo ⁊ nigredo est prima cõtrarietas in genere coloruz: ⁊ maxime distant in genere isto. Ex quibus fiunt medij colores: ita dulcedo ⁊ amaritudo ĩ genere tã saporum q̃ odorum faciũt primam contrarietatẽ. ꝓpter maximã distantiã in generibus illis: ⁊ ex eis generantur odores ⁊ sapores medij: scz acetosum: acutũ: ⁊ huiusmõi. ¶ Contra predicta arguit̃: ꝓbando odores esse notiores saporibus. nam ea que sunt perfectiora sunt notiora: sed odores sunt perfectiores saporibus. ergo sunt notiores illis: maior est Aristotelis secũdo methaphysice dicentis. sicut se habet res ad esse ita se habz ad cognosci: minor vero est nota: qr odor consistit in calido: ⁊ sapor in humido: secũdum phm in libro de sensu ⁊ modo caliditas est perfectior frigiditate. Et confirmatur duobus signis: primum est: qr phs prius determinat de odore q̃ de sapore: modo simnis doctrina secũduz phm incipit a notiori. Secũdũ

T. c. 4.

signum: qr vlr̄ res comestibiles ⁊ potabiles prius odoramus q̃ gustemus: ⁊ hoc ideo vt per noticiam odoris veniamꝰ in noticiam saporis. ¶ Intelligendũ scđm Cõmẽtatorem hic ꝙ Aristotiles tractat de sensibilibus ꝓprijs secũdum nobilitatẽ sensuum: ⁊ non ſm necessitatem vel ordinẽ nature. prius ergo de colore q̃ de sono: ⁊ prius de sono q̃ de odore: ⁊ prius de odore q̃ de sapore: qr potẽtia visiua nobilior est auditiua: ⁊ auditiua nobilior est olfatiua: ⁊ olfatiuo nobilior est gustatiua ⁊ tactiua. Mihi nĩ videtur. ꝙ licet phs hac considerauerit: principalius tamen considerauit ĩmutationem sensus a sensibilibus ꝓprijs per respectum ad nutrimẽtum: ipsum quidez nutrimentũ prius nobis obijcitur sub rõne coloris. ¶ Deinde cum nõ possit nutrimentũ vniri sensui in nobis nisi ꝑ motum ⁊ aliqualem strepitũ ad ipm nutrimẽtũ vel ecõtra. ideo post ĩmutatiõez sensus factam a colore sequit̃ ĩmutatio facta a sono: color enim ĩmitat visum: ⁊ sonus auditum per strepitũ. ¶ Deinde cum nõ possit nutrimẽtum coniungi carni nisi prius in aere ĩmutet olfatũ: nec possit ĩmutare gustũ: nisi ꝑus tãgat carnez. iõ phs determinat de odore qui ĩmutat olfatum: q̃ de sapore ĩmutante gustum. ¶ Dico igit̃ ad argumentũ. ꝙ odor est notior sapore cognitione confusa. ideo Aristotiles ꝑus de isto determinat: cognitione aũt distincta sapor est notior odore: lz igit̃ prius cognoscamꝰ odorẽ q̃ saporẽ: ꝑus tñ cognoscimus differentias saporis q̃ odoris: vt potuit. ¶ Tex. cõmẽti. 96.

¶ Adhuc aũt sicut auditus ⁊ vnusqsqz sensuũ. hic qdẽ audibilis: ⁊ nõ audibilis: ille ꝟo visibilis ⁊ nõ visibilis. Et olfatꝰ odorabilis ⁊ nõ odorabilis. Nõ odorabile aũt aliud qdẽ hz id qd oĩo ipossibile est hr̃e odorez. Aliud ꝟo paruũ hñs ⁊ prauũ. Similiter aũt ⁊ nõ gustabile dicit̃.

¶ Quarta conclusio: tam odorabile q̃ non odorabile est perceptibile ab odoratu: ꝓbatur. idez est iudiciũ de vno sensu ⁊ de q̃libet alio respectu sui obi: sz visus ꝑcipit visibile: ⁊ nõ visibile ⁊ auditꝰ sonabile. ⁊ nõ sonabile. g̃ ꝑ idẽ odoratus percipit odorabile ⁊ nõ odorabile. tenet ꝯsequentia cum maiori: ex sufficiẽti similitudine: minor vero declaratur: eo ꝙ opposita habẽt fieri circa idẽ: ⁊ priuatiuũ cognoscitur per positiuũ. ergo inuisibile cognoscit̃ ab eadem potentia a qua visibile: ⁊ hec potẽtia est visus. similiter inaudibile percipitur ab eadẽ potentia a qua audibile: que quidẽ est potentia auditiua. ¶ Unde eodẽ sensu quo percipitur lumen: percipitur tenebra: ⁊ eodem sensu quo percipit̃ sonus: percipit̃ silentiũz. ergo consimiliter eodem sensu scz odoratus percipitur odorabile ⁊ inodorabile. Lege lĩ. (Adhuc autem sicut auditus ⁊ vnusqsqz sensuum hic quidem) scz auditus (est audibilis ⁊ nõ audibilis) scilicet soni ⁊ silentij: (ille vero) scz visus ẽ (visibilis ⁊ non visibilis) scilicet luminis ⁊ tenebre: (⁊ sic olfatus odorabilis ⁊ non odorabilis est.) Intelligendum inquit phylosophus ꝙ nõ odorabile sumitur tripliciter: aut qr nullo modo potest habere odorem: vt celũ vl̃ simplex elementũ. Aut qr habet odorem: sed valde remissum. Aut quia habet prauum odorem: sed qualitercũqz sumatur: non odorabile illud est perceptibile ab odoratu: ⁊ sicut tripliciter sumitur nõ odorabile ita tripliciter sumitur non gustabile. ¶ Nam aliquid dicitur non gustabile. quia nullo modo potest habere saporez: aut quia habet nimis remissum saporem: aut quia habet satis intẽsum saporem: sed prauum: ⁊ nociuum: Lege litterã. (Nõ odorabile autem aliquid. quidem secundũz istud ꝙ omnino impossibile est habere odorem: aliud vero habet

partium:⁊ aliud prauuꝫ. Similiter aūt ⁊ nō gustabile:) tripliciter (sumitur:) sicut nō odorabile. ¶ Notādū ſm cōmētatorē cōmento.96.ꝙ oīs sensus cōprehendit suuꝫ sensibile ꝓpriū ⁊ eius priuationē. vbi grā. auditus ꝯprehendit audibile ⁊ nō audibile: ⁊ visus visibile ⁊ nō visibile: sic etiā sensus odoratus cōprehēdit odorabile ⁊ nō odorabile. Istud cōmentū vna cū textu est expresse contra dicentes nullam priuationem percipi ab aliquo sensu exteriori: sed solum interiori: de hoc tamen dicetur alibi. ¶ Textus cōmēti.97.

Est autem olfatus per mediuꝫ: vt aerem aut aquam. Et nāqꝫ aquatica videntur odorem sentire. Similiter autem ⁊ quecūqꝫ cum sanguine ⁊ sine sanguine sicut que in aere. Etenim horū quedam a longe occurrunt ad alimentum que ad odorem mouentur.

¶ Postqꝫ Aristo. determinauit de odorabili: cōsequēter in hac secūda parte huiꝰ capituli determīat de odoratu: ⁊ medio multiplicationis odoris. ponēdo duas ꝯclusiones: quarꝫ prima est ista. Aer ⁊ aqua sunt media odoris ⁊ odoratus. Secunda cōclusio. licet tam respirātia qꝫ nō respirātia habeant olfatuꝫ: tamē per illuꝫ diuersimo de sentiunt odores. ibi. (Unde ⁊ dubiū.) Prima cōclusio arguitur sic. illa sunt media odoris ⁊ odoratus ꝑ que multiplicatur odor: sed per aerē ⁊ aquam multiplicatur odor. ergo. maior est nota: ⁊ minor declarat̄ ad experiētiam: videmus. n. p̄mo aquatica taꝫ habētia qꝫ nō habētia sanguinem vt pisces odorare: ⁊ ex hoc sumere nutrimentuꝫ. Secūdo videmus volatilia per aerem sentire nutrimentū: ⁊ hoc per imitationē odoris: qđ quideꝫ apparet ex hoc ꝙ quedā corꝫ de longinquo veniunt ad alimentuꝫ: qđ nō posset esse nisi ꝓuocarent̄ odore: sicut pꝫ de vulturibus ex multis dietis motis ad cadauera mortuorū. Lege lrāꝫ. (Est aūt olfatus per mediū: vt aerem: aut aquā. Et nāqꝫ aquatica vident̄ odorē sentire: similr̄ aūt ⁊ que cuꝫ sanguine ⁊ sine sanguine) sunt sentiūt per odoratū in aq̄: (sicut ⁊ que in aere: ⁊ eniꝫ horꝫ) que sunt in aere (quedā a longe occurrūt ad alimētū: que ad odorem mouent̄). s. apes: ſm cōmētatoreꝫ: que mouent̄ a loco remotissimo ad nutrimētuꝫ: ⁊ sunt ex animalibꝰ carētibus sanguine. ¶ Notāduꝫ p̄mo ſm ꝯmentatorem cōmento.97.ꝙ sicut nā media que seruit visui: non est aer scđm ꝙ aer: aut aqua scđꝫ ꝙ aqua: sed nā cōmunis intelligendū est hic in natura que est media. s. ꝙ est nā cōis aq̄ ⁊ aeris: sicut ergo dyafanitas est nā cōis aque ⁊ aeri ſm quā recipiunt̄ colores intentionaliter in illis. Ita est dare vnā aliā naturā cōeꝫ eisdem: scđm quā recipiunt̄ intētionaliter odores tā in aqua qꝫ in aere. sicut enī obiecta diuersorum sensuum distinguuntur: ⁊ organa differunt: ita differre debēt media. ¶ Secūdo notāduꝫ ſm ꝯmētatorē codē cōmento: ꝙ odores sunt extranei in ista nā: ⁊ ista nā caret odoribꝰ: sicut dyafanū coloribus: ita ꝙ sicut dyafanitas nullū hꝫ colorē: ita natura cōis inominata scđꝫ quā imitatur aer ⁊ aqua ab odoribꝰ nullū habet odorem: ⁊ hoc ideo vt possit recipere oēs odores. Sicut dyafanitas recipit oēs colores. ¶ Tertio notādum ſm cōmētatorē eodē cōmēto. ꝙ sicut color hꝫ duplex esse. s. esse in corpore colorato: ⁊ hoc est esse corporale: ⁊ esse in dyafano: ⁊ hoc est esse spūale. Ita odor hꝫ duplex esse in corpore odorabili. ⁊ in medio: ⁊ hoc est esse corporale: ⁊ illud spūale: ⁊ illud naturale: ⁊ h̄ extraneuꝫ. Sicut ergo color est realiter ⁊ materialr̄ in corpore colorato: ⁊ intētiōaliter ac spiritualiter in medio per suā similitudinē: sic odor est materialr̄ ⁊ realr̄ in corpore odorabili: ⁊ iste modus est nālis: intētionaliter aūt ⁊ spūaliter per suam similitudineꝫ in medio aq̄ vel aeris: ⁊ iste modus est extraneus: q2 talis odor intētionalis est ab extrinseco solum: ⁊ nō ab intrinseco per aliquā dispositioneꝫ qualitatū primarꝫ. ¶ Quarto notādū ꝙ de mō multiplicatiōis odoris in medio aque vel aeris sunt quatuor positiōes: p̄ma positio ad quā videt̄ declinare Auic. 6. nāliū. ponit ꝙ odor soluꝫ realr̄ multiplicat̄ in aere. s. euaporabilr̄ vsqꝫ ad potētiā olfatiuā: qđ ipse declarat duobꝰ signis: p̄muꝫ est: q2 odores interdū nō sentiunt̄ flante vento: ⁊ hoc est signū ꝙ euaporabiliter multiplicant̄: si enī multiplicarent̄ modo colorꝫ: sicut nō ipediī visio flante vento: ita nec ipediret̄ odoratio. Secūduꝫ signū: q2 poma odoreꝫ mittēdo desiccant̄: ⁊ cōtrahūt rugas: qđ nō ꝯtingeret nisi aliquid realiter a pomo defflueret. ¶ Cōtra istaꝫ positionē arguit ꝯmētator. cōmēto allegato. s. 97. supponendo tria. Primuꝫ ꝙ tpe troyanorꝫ aliqua animalia. s. vultures mota fuerunt per qngenta miliaria ad cadauera defunctorꝫ. Secūdū ꝙ oē multiplicabile per mediū: hꝫ circulariter multiplicari. Tertiū ꝙ talis multiplicationis finis semidiameter est locus a quo ceperūt moueri talia aīalia: tūc arguit sic: maxīa dimēsio quā nā pt recipere infra cōcauū lune est dimēsio ignis: ⁊ minima est dimensio terre: sꝫ si illa corpora mortua fuissent ignea: nō potuissent multiplicari ad tātaꝫ distātiā. s. per qngēta miliaria: ergo a fortiori cū fuerint de nā terre nō potuerunt taꝫ distāter multiplicari. ¶ Scđa positio que fuit cōmētatoris asseruit odorē nullo modo multiplicari in aere vel in aqua realiter ⁊ euaporabiliter: sꝫ solum intētionalr̄: quia aliter sequeret̄ aut ꝙ duo corpora essent simul: aut ꝙ paruo corpori cedit magnū corpꝰ per magnā distātiaꝫ: ꝯsequēs falsuꝫ: ⁊ ꝓbatur cōsequētia: q2 recedēte illo subtili corpore ab odorabili: aut cedit illi aer: aut nō. Si non. ergo duo corpora sunt simul: si sic. ergo maiꝰ corpus cedit minori per qngēta miliaria in casu priori: nec pōt dici ꝙ odor multiplicat̄ subiectiue in aere vl̄ in aqua: q2 in elemēto simplici nō pōt eē qualitas secūda. ¶ Cōtra istaꝫ positionē procedunt signa Auicēne: vna cuꝫ sentētia Aristo. dicentis: p̄mo de sensu: ꝙ odor est fumalis euaporatio. Adducit ēt Egidiꝰ experiētiaꝫ venatorū: dicēs ꝙ plures bestie siluestres quando appropinquant loco gētis faciūt sex vel septē saltus: vt ꝑ magnitudinē saltuū interrumpatur canibus via inueniēdi eas. Unde appropinquātibus canibꝰ loco gētis bestie: si illa nō se moueat: nō ꝑcipiūt canes odorē eius: statī aūt ēt cū se mouet per exitū fumorū odorabiliuꝫ ꝓuenientium ex tali motu canes illaꝫ sentiūt: ⁊ inueniunt. ¶ Tertia positio fuit Egidij dicētis ꝙ odor nō percipitur absqꝫ fumali euaporatione: ꝓpter signa adducta: vna cuꝫ auctoritate Arist. dicit ergo: ꝙ odor realiter est in corpore odorabili: ⁊ illis vaporibus exalatis in aere antē ⁊ vniuersaliter in eo qđ est mediuꝫ in odoratu: nullo modo est odor realis: sꝫ solum intētionalis: q2 corpus simplex: odorum susceptiuum esse non potest. Et si dicitur odorem esse in medio realiter: hoc est ratione mixtiōis: quia fumi odorabiles sunt admixti aeri. Et isto modo oportet dicere ꝙ odor est in aliquo realiter tātuꝫ. s. in corpore odorabili: in aliquo vero intētionaliter. s. in aere vel in aqua: in aliquo vero realiter ⁊ intētionaliter simul. s. in aggregato ex aere ⁊ fumositatibus. ¶ Contra istaꝫ positionem arguitur: ꝓbando odorē percipi absqꝫ fumali euaporatione: quoniā omnis fumalis euaporatio est cum deperditione ⁊ ꝯsūptione corporis euaporabilis: modo plura

sunt corpora per magnuz tēpus redolētia sine consumptione eoꝝ: vt patz de cipressis: τ multis lapidibus redolentibus: qui starent centū annis sine notabili consumptione eorū; continue tamē cuz optima redolētia τ perceptione eorū. ¶ Deinde arguitur auctoritate Arist. dicentis in hoc capitulo q̄ pisces odorāt in aqua: modo in aqua nō fit euaporatio: ꝓpter defectuz caliditatis: τ ipedimētuz frigiditatis. ¶ Quarta positio: quā solaz reputo verā: asserit q̄ ad sensationē odoris nō est necessaria euaporatio odoruz aliquo modo: seu fumositatum: aut subtiliuz corporū ab odorabili recedētiuz: licz sepe fiat talis euaporatio: sicut nō est necesse a sonabili aliqd exire ad hoc q̄ sentiať: nec a corpore luminoso ad hoc q̄ videatur. Sed sicut nō potest audiri sonabile nisi multiplicet sonū realē existētem in medio subiectiue: nec pōt videri corpus luminosuz quin multiplicet lumē in aere subiectiue: ita nō pōt sentiri odorabile nisi odorē realiter ꝓducat in medio: mediāte quo īmutat olfatuz: dicit enī phs primo capitulo quarti tactat⁹ h⁹ secundi q̄ aer fetet: τ q̄ cum patiť ab odore, percipitur ab odoratu: τ hꝰ odor sic multiplicatus per mediū est qualitas ꝑmanēs: nō successiua: vt sonus: q₂ vna pars manet cuz reliq̄: successiue nō multiplicať: per partē post partem: vt sonus: τ forte cū odor sit qualitas materialior sono: cum maiori successione τ lōgiori tēpore multiplicatur q̄ꝫ sonus: nec dependet odor multiplicatus ab odorabili in facto esse sicut in fieri: quoniā cōbusto cipresso adhuc manet eius odor in cassa vel camera: τ ideo nō est oīno sicut lumen: q₂ lumē depēdet a corpore luminoso taz in fieri q̄ꝫ in facto esse: τ est qualitas multū spiritualis sine resistētia: ideo pōt subito multiplicari: qualr̄ de sono aut odore nō contingit. Et sicut dictuz est de sono τ lumie: ita de odore: q̄ ad maiorē distantiā multiplicať tā intētionalr̄ q̄ꝫ realiter: ita q̄ nō opꝫ sentiēs odorē eē in spera multiplicationis realis: sꝫ sufficit q̄ sit in spera multitudinis intētionalis. Ubi tamē esset extra quālibet istarū sperap: oīno odorē nō sentiret. ¶ His visis patz primo Auicēne rationē nō cōcludere: q₂ cōcedo corpora aliqua odorabilia euaporare: sed illud nō est necessariuz: nec opꝫ odorem multiplicatum realē venire vsq₃ ad olfatuz. Sꝫ sufficit intētionalez. Secūdo patz rationes cōmētatoris nō cōuincere: q₂ cōcedo ista corpora euaporasse: sed nō per gngenta miliaria: odor tamē intentionalis multiplicabať per totā illaz distātiam: ratione cuius animalia illa mota sunt. Et cū arguit ipossibilitatē euaporationis: q₂ duo corpora existerēt simul: aut maius corp⁹ cederet minori. ¶ Dico q̄ nullū istoꝝ sequitur: sed solū q̄ alique ptes aeris diuiduntur τ ꝯdensanť: sicut quādo aqua modica miscetur multo vino: deinde cōcedo q̄ odor potest esse subiectiue in aere: sicut sapor in aq̄: nec est incōueniens tales qualitates secūdas esse in elemētis existētibus ex naturalē dispositionē. Et cū Aristotiles dixit q̄ odor est fumalis euaporatio: intelligitur in predicatione causali ex odore fit fumalis euaporatio: q₂ in predicatione idētica ꝓpositio esset impossibilis: q₂ odor est accidēs: τ fumalis euaporatio substātia. ¶ Cōtra istaz positionez arguiť ex fundamēto Auerroys primo sic. Nullibi est odor nisi ibi sit sapor: sꝫ in aere nō est sapor: vt pꝫ. ergo neq₃ odor. Scdo. ita se habꝫ mediū ad odores: sicut ad colores: sed mediū nullū habꝫ calorē: q₂ aliter nō reciperet oēs colores: ergo per idē nō hꝫ odorē: q₂ aliter non reciperet oēs odores: maior est nota de intētione ꝯmētatoris: dicētis q̄ sicut in aere τ in aqua est natura cōis receptiua oīum colorū: ita in eisdez est vna nā cōis receptiua oīum odorum. ¶ Ad primū dicitur q̄ licz in mixtis nō reperiatur odor absq₃ sapore; tamē in elementis bene reperiť. Uñ odor fundatur in sicco subtili; ideo pōt reperiri in aere: q₂ ibi potest eē caliditas cuz siccitate. Sapor autez fundatur in humido grosso: qđ est humiduz aqueum: quale nō reperiť in aere: potest tamen dici q̄ in aere reperitur sapor. sed est ita rarus q̄ nō imutat. τ si imutat; sua imutatio est ita remissa q̄ vix percipitur. ¶ Ad scđz respondeo q̄ sicut dyafanitas de se nō habꝫ colorē. ita recipiēs intētionaliter odorē de se nō hꝫ odorem: tamē sicut dyafanitas aeris recipit ab extrīseco lumen: τ aer sonuz. ita natura inominata aeris τ aque recipit realē odorem: q₂ de se nō habꝫ istum: semper tamē intelligēdo extra nālē dispositionē existētib⁹ aq̄ τ aere per inexītiā oīuz q̄lita tuz ꝓmatū. ¶ Textus cōmen. 98. τ 99.

¶ Unde τ dubium videtur si omnia quidem similiter odorent: homo autem odorat respirans: non respirans autez sed expirans: aut retinens spiritum nō odorat: neq₃ a longe: neq₃ a prope: neq₃ si in nasum interponatur: τ hoc quidem in ipso positum quo sentitur insensibile esse: omnibus cōmune est. Sed sine respiratione nō sentire ꝓpriuz est homini. Manifestum est autem tentantibus.

¶ Quare sanguinem non habentia: quoniam non respirant: alterum vtiq₃ quendam sensuz habent preter eos qui dicti sunt.

¶ Iuxta cōclusionē disputataz Aristo. iducit hanc questionē. Utruz omnia percipiētia odorez ꝑcipiant illum per sensum olfatus. Et arguitur primo q̄ nō: q₂ aliqua animalia sentiunt odorē necessario cuz respiratione: τ aliq̄ sentiunt odorē sine respiratione: ergo si vnus istoꝝ percipit odorē per sensum olfatus: alterum eorūdem sentit odorē per alterum sensum: tenet cōsequētia cum minori: q₂ pisces percipiunt odorē sine respiratione: cum non habeāt pulmonē: maior autē declaratur in hominibus: qui nō sentiunt odorē: aerem retinēdo: nec illum expellendo. imo si odorabile poneretur in naso: illud nō sentiret per sensum odoratus: q₂ sensibile positum supra sensum nō facit sensationem: qđ est generale non solum sensui odoratus: sed oībus alijs sensibus. Oportet ergo dicere q̄ homines sentiunt odorē respirando: τ q̄ hoc est illis ꝓprium: quilibꝫ enim experitur nō odorare nisi respirādo. Lege litterā. (Unde τ dubiuz videtur si oīa similiter odorant) idest si omnia que odorant. per similē odoratū odorant: τ arguitur q̄ nō: (homo autē respirās odorat: non respirans autem: sed expirans: aut cuz retinet spirituz) aereum (nō odorat: neq₃ a longe: neq₃ a prope: neq₃ si in nasuz int⁹ponať) odorabile: (τ hoc quidē) sensibile (in ipso positum) sensu (quo sentitur) odorabile nō solum est verum nō sentiri: imo (insensibile esse) obiectum supra positum sensui sensibus (omnibus cōe est: sed sine respiratione nō sentire) odorem (ꝓpriuz est homini: manifestum est autē tētantibus: quare sanguinem nō habentia: quia nō respirātia: alteruz itaq₃ quendaz sensum hn̄t preter eos qui dicti sunt). s. pter visum auditū τ olfatum. ¶ Textus cōmēti. 99.

¶ Sed impossibile est si quidem odorem sentiunt: odorabilis eniz sensus τ boni odoramē ti τ mali olfatus est.

¶ In cōtrarium arguit Aristotiles duabus rationibus. Quaruz prima est ista. sensus distinguuntur secūdū sen-

sibilia: sed idez odorabile sentitur ab homine τ a bruto nō respirante: ergo idem sensus percipiens illud ī sensibile est in vtroq; istoꝝ. Sed in homine est sensus olfatus quo sentiunť odorabilia: ergo etiaz in quibuslibet alijs animalibus tam respirantibus q̄ nō respirantibus. taz habentibus q̄ nō habentibus sanguinez: est sensus olfatus: ꝑma pars est ꝓbata superius: vbi dictū est potētias distingui per obiecta: minor vero declaratur: qꝛ homo τ alia ab homine sentiunt tam bona q̄ mala odoramēta. Lege litteraz. (Sed impossibile est) nō respirantia nō habere olfatum: (si quidem odorē sentiunt: odorabilis enim sensus τ mali odoramēti τ boni) odoramēti (olfatus est.) ¶ Text⁹ cōmē. 99.

¶ Amplius autem τ corrumpi videntur a fortibus odoribus ex quib⁹ homo corrumpitur: vt sulfur τ huiusmodi. Olfatum quidez igiť habere necessarium est: τ nō respirātia.

¶ Secunda ratio. eiusdem sensus sunt eadez corruptibilia. s; sensus animaliū nō respirātiū ꝑcipientes odores corrūpunť a grauibus τ excellētibus odoribus: a quib⁹ sensus hominiz corrūpuntur: ergo ista animalia habēt sensum olfatus sicut homo: licet nō respirent: ꝑma pars antecedētis est nota: qꝛ visus nō patitur a sono: neq; auditus a coloribus. Secūda pars etiam declaratur: quia taz in respirātibus q̄ in nō respirātibus corrūpitur sensus percipiens odores ab aspolto: qđ est quedaz cōfectio ex succis herbaꝝ: τ a sulfure: τ ab huiusmodi. Lege litteram. (Amplius autem τ corrūpi videntur a fortibus odoribus) sensus animalium nō respirantium (ex quibus homo corrumpitur. vt a sulfure: τ huiusmodi: olfatum igitur quidem habere necessariū est) nō solū respirantia: s; (τ nō respirātia.) ¶ Text⁹ cōmē. 100.

¶ Uidetur autem in hominibus differre hoc sensitiuum ad ea que alioꝝ aīaliū: sicut oculi ad ea que durorum oculorum sunt. Hec quidem enim habent phragma: τ sicut velamen palpebras: quas aliquis non mouens: neq; retrahens non videt. Fortia autem oculis nihil huiusmodi habent: sed mox vident que fiunt in lucido. Sic igitur τ odoratiuuz sensitiuum alijs quidez sine operculo est sicut oculus durus. Alijs vero aerem recipientibus habent cooperimentum: quod respirantibus discooperitur ampliatis venis: τ poris. Et propter hoc respirantia nō odorant in aqua. Necessariū enim est odorem pati respirantia: hoc autez facere in humido īpossibile.

¶ Pro solutione argumētoꝝ: τ responsione ad questionem: Aristoteles ponit secūdaz cōclusionez: que est hec: licz tam respirātia q̄ nō respirātia habeant olfatum: tamen per istum diuersimode sentiunt odores: ꝑma pars est ꝓbata dupliciter: primo qꝛ sentiunt idem odorabile. Secundo qꝛ ab eodem odorabili corrūpuntur. Secunda pars fuit etiaz probata: qꝛ respirantia sentiunt attrahendo τ respirādo aerem: nō respirantia autem odorāt nō attrahendo aerez. Unde diuersitas in modo respirādi nō est ex diuersitate sensus: sed ex diuersitate dispositionis organi. nam organū olfatus in homine differt ab organis alioꝝ animaliū. sicut oculi hominū ab oculis duris quorūdam alioꝝ: oculi enim hominis habent quodam fragma. s. panicului; ad operiēdu; palpebras: quia nō potest homo videre nisi quodā motu palpebre retrahantur: qđ nō accidit in animalibus habentibus duros oculos. sed statim vident ea quorū spēs fiunt in dyafano. sic etiam τ in alijs animalibus nō respirātibus organum odoratus est sine operculo. Sed in animalibus respirantibus est quoddam operculu;: qđ oportet aperiri ampliatis poris per respirationem. Ideo animalia respirantia nō odorant in aqua: qꝛ oportz q̄ potianť ab odore respirando: qđ nō potest fieri in aqua. Lege litteram. (Uidetur autē in hominibus differre hoc sensitiuum) odoratus (ad ea que sunt alioꝝ animaliu;: sicut oculi) hominu; (ad ea que durorū oculariu; sunt. Hec quidez enim). s. oculi hominū (habent fragma) idest operimētum: (τ sicut velamen palpebras: quas aliquis non mouens nec retrahens nō videt: fortia autem oculis) vt pisces: (nihil huiusmodi) opimenti (habent: sed mox vident que sunt in lucido: sic igitur τ odoratiuum sensitiuum alijs quidem sine operculo est) vt in piscibus: (sicut oculus durus. alijs autem aerem recipientibus:) idest respirantibus necesse est (habere coopertimētum: qđ respiranti discooperitur: ampliatis venis τ porris: τ ꝓpter hoc respirantia non odorant in aqua: necessariu; enim est odorem pati respirātia: hoc autem facere in humido) qđ est aqua (impossibile est.) ¶ Notandum q̄ cōmentator cōmento. 100. mouet vnā questionem circa cōparationez Aristotelis odoratus ad visum: dicēs. non videtur verū q̄ sic se habz odoratus in homine ad animalia nō respirantia: sicut oculus hominis ad habentia oculos duros: qꝛ tunc habens odoratū velatum melius odoraret q̄ habens nō velatum: sicut habēs oculum velatum melius videt q̄ habēs nō velatu;: τ per cōsequēs homo melius odoraret animalib⁹ habētibus odoratu; nō velatum: sicut etiā melius videt. Respōdet cōmētator q̄ ista similitudo nō est per omnē modum: sed solu; quo ad hoc q̄ sicut animalia habentia duros oculos: eo q̄ nō habent palpebras τ operimētu; oculorum: statim videre possunt: τ non indigent remouere ꝓhibens: alia enim animalia opz habere palpebras vt videant: sic animalia nō habētia odoratu; coopertum nō indigēt respiratione: sed stati; possunt odorare: homines vero habētes odoratum coopertu;: nisi per respirationē amplient venas τ poros: τ huiusmodi impedimentu; remoueant odorare nō possunt. Lege cōmentū. Animalia duri oculi nō assimilanť olfacientibus sine īspiratione: nisi secūdum diuersitatem creationis tantū: nō q̄ iuuamentum palpebraru; est de modo iuuamēn inspirationis. ¶ Cōtra predicta arguitur: τ ꝑmo q̄ odorabile positu; supra organu; odoratus sentitur: qꝛ aliter odor nō esset multiplicabilis ad olfatū nisi intentionaliter: qđ est cōtra experientiam: naz comedentem aleum in ꝑncipio optime percipis: postmodu; autē cōtinue remissius τ remissius: secūdū q̄ organu; olfatus magis τ magis acuatur odore alei ad illud realiter multiplicatū. Dicit etiaz Aristo. in libro de sensu. q̄ odores cōferunt sanitatez cerebro: hoc aūt potest esse verū de odore intētionali: qꝛ iste nō cōfert sanitatē: sicut nec color: vel son⁹ itētionalis: ergo illud ē intelligēdum de odore reali. Deinde illud non videtur verum qđ ponit phūs. s. q̄ cōe est omni sensui nō sentire obiectu; positum supra organu;: qꝛ tactus sentit calidiatem febrilem in corde: τ gustus amaritudinez lingue: τ auditus sonum existētem in aure ad modu; cornu: vt dixit Aristo. in alio caplo. ¶ Secūdo arguitur q̄ sentire odorez per respirationē nō sit homini propriu;: quia illud qđ est alicui ꝓpriu; nō cōpetit alteri per Porphy

tur a caliditate ⁊ frigiditate. ergo contrarietas saporis non insequitur contrarietatem qualitatum primarū. patet consequentia: quia si causatur ab vtraq₃ illarū nō videtur sequi aliquam illarum: antecedens est manifestum in plantis et fructibus qui apparent primo amari propter frigiditatē: ⁊ postea dulces propter caliditatem ⁊ propter intensā₃ caliditatem iterum sunt amari: oportet ergo ꝙ sit mixtio caliditatis cū frigiditate. ❡ Sed pro concordia istorum dicendum ꝙ sapores dupliciter possunt considerari. Uno modo secundum exigentiam nutrimenti ⁊ oppositi nutrimento: ⁊ sic dulcedo ⁊ amaritudo sunt sapores extremi: nec aliter cōsiderauit phylosophus vel Cōmenta. ideo ratio Cōmentatoris nihil aliud probat: nisi ꝙ dulce ⁊ amarū sint extrema in ordine ad nutritionē. Alio modo possunt considerari secundum exigentiam qualitatum primarum: sicut considerauit Galienus: ⁊ sic dulce ē₃ mediū: q₂ fit a calido tēperato ⁊ ab hūido bene et proportionata ⁊ a sicco bene digesto: amarū aūt est extremū: q₂ fit ex excessu calidi adurēs humidū: vel ex defectu digestionis sicci: ponticū aūt vel stipticum tenet aliud extremū₃: q₂ prouenit ex potentia actiuē caloris: ⁊ ita amarū est extremū₃ secundū amplas ymaginatiōes, ymaginabat̄ enī₃ Galienus ꝙ sicut in moralibꝰ virtus ꝯsistit in medio. vtputa liberalitas que dat sicut opꝫ: ⁊ extrema sunt vitia .s. prodigalitas ⁊ auaritia per abundantiā ⁊ defectum: q₂ prodigalitas dat plus ꝙ̄ opꝫ: ⁊ auaritia minus. sic in naturalibus dulcedo est mediū: per mediū temperamēti caliditatis: ⁊ amarū extremū per excessum caliditatis: ponticū aūt extremū per defectum caliditatis. Sustinendo igitur positionē₃ Aristo. ⁊ Cōmentatoris: dico ꝙ septē sunt species saporū enumerate a phō ⁊ Cōmētatore .s. dulce. amarū. pingue. salitum. acre. ponticū ⁊ acutū seu austerum: q₂ idem est. nā omnis sapor vel est extremus vel mediꝰ. si extremus sic est dulce vel amarū. si medius aut est per eque distans: ⁊ sic est acutū vel austerū: vel est per ineque distantiam: ⁊ ille tunc sapor est inter dulce ⁊ acutum: aut inter acutum ⁊ amarū. si inter acutū ⁊ dulce vel magis appropinquat dulci: ⁊ est sapor pīguis: vel magis acuto: ⁊ est sapor acre. Si aūt sit īter acutū ⁊ amarū vel magis appropinquat amaro ⁊ est salitu₃: vel magis acuto ⁊ est ponticum. ❡ Dubitat̄ circa dicta. dulcedo ⁊ amaritudo sunt sapores simplices: ⁊ medij sunt sapores mixti. vt colligitur hic de intentione Aristo. ⁊ Cōmentato. ergo sapores medij nō faciunt species distinctas ab extremis. pꝫ cōsequētia: q₂ species est forma simplex nō cōposita ex multis speciebꝰ. vt habet̄ .6. topicoꝝ: ⁊ .5. metaph. Tex.c.33. sicut enī₃ caliditas ⁊ frigiditas non possunt constituere vnam speciē distinctam ab illis: ita videt̄ ꝙ nec dulcedo: nec amaritudo. ❡ Respondetur ꝙ sicut dulcedo ⁊ amaritudo sunt forme simplices nō composite ex partibus diuersarū rationū: ita acutum ⁊ salitū dicunt̄ tantū forme mixte: q₂ ad earum generationē cōcurrunt subiectiue sapores extremi: sicut ad generationē rubedinis ⁊ paledinis necessario cōcurrunt subiectiue nigredo ⁊ albedo. iuxta ītentionē Aristo. ⁊ Cōmentato. pmo ⁊ qnto physicoꝝ: ac in libro de sensu. Quādo ergo dicit̄ ꝙ colores vel sapores medij componunt̄ ex extremis. ly ex. nō dicit habitudine₃ partium constituentium: sed subiecti vel cause materialis. Et si dicitur. sapores medij fundātur in humido per ea que dicta sunt, ergo non in saporibus extremis: negatur cōsequentia. sicut enī₃ color fundatur in materia: mediāte perspicuo: ⁊ in perspicuo mediante superficie. Ita sapor medius fundatur in materia mediante humido. Et in humido medijātibus saporibus extremis: ⁊ sic non inconuenit eundem effectum plures causas habere efficientes vel finales se habētes secundū prius ⁊ posterius. Ita non est inconueniēs istū effectum habere plures causas formales vel materiales: aut subiectiuas secundū istum ordinem. Nec de tali subiecto mixtionis extremorum debuit phūs hic facere mentionem: quia istud est subiectum per accidens saporum: ex quo non competit omnibus saporibus: ex quo sapores extremi non fundantur in saporibus. Humidum autem est per se subiectum saporum: quia non est aliquis sapor qui non fundetur in humido.

Tex.51 Tex.c.6

❡ Textus cōmenti. 106.

De tangibili autem ⁊ tactu eadem ratio. Si enī₃ tactus non est vnus sensus sed plures: necessariu₃ est ⁊ tangibilia sensibilia plura esse.

❡ Istud est quintum capitulum huius tertij tractatus. In quo Aristoteles determinat de quinto ⁊ vltimo sensibili proprio mouēdo tres questiones. Prima questio querit de tactu ⁊ tangibili. Secūdo querit de organo et medio intraneo tactus. ibi. (Utrum autem est sensitiuum.) Tertia de organo ⁊ medio extraneo eiusdem tactus. ibi. (Dubitabit vtiq₃ aliquis.) ❡ Quantu₃ ad primaz questionē Aristoteles facit tria. Primo continuat se ad dicendo. Secundo mouet duas difficultates pertinentes ad tactum ⁊ organum eiusdem. ibi. (Habet autem dubitationem.) Tertio arguit ad primam istarum questionum. ibi. (Omnes enim sentit.) Dicit ergo primo: ꝙ eadem est ratio de tactu ⁊ tangibili quo ad vnitatem ⁊ pluralitatem: Ita ꝙ si tactus est vnus: tangibile est vnum. Et econtra: ⁊ si tactus sunt plures tangibilia sunt plura: ⁊ econuerso. Lege littera₃. (De tangibili autem ⁊ tactu. Eadem ratio est) quo ad vnitatem ⁊ multitudine₃. (Si enim tactus non est vnus sensus: sed plures: necessariū est tangibilia ⁊ sensibilia) a sensu tactus (plura esse.) ❡ Textus cōmenti. 106. ⁊ 107.

❡ Habet autem dubitationem vtrum plures sint aut vnus.

❡ Et quid est sensitiuum tangibilis vtrum caro: ⁊ in alijs proportionale: aut non: sed hoc quidem est medium. Primum autem sensitiuum aliud quidam est intus. t.c.107.

❡ Hic phylosophus mouet duas difficultates. Prima vtrum sensus tactus sit vnus vel plures: sic ꝙ per vna₃ et eandem potentiam sentiantur omnia tangibilia: sicut per vnum visum omnia visibilia: aut sunt plures potentie tactiue: quarum vna percipiat aliqua tangibilia ⁊ non plura. Alia vō percipiat reliqua tangibilia. ❡ Secunda difficultas. vtrum caro vel suum proportionabile sit organum: aut medium tactus: ⁊ si est mediu₃: sic ꝙ non organum: quod igitur est in carne organum tactus. vtrum neruus vel sibi proportionabile. Et notanter loquitur phylosophus disiunctiue de carne vel neruo: aut sibi proportionabili: quia sicut non omnia animalia habent sanguinem: sed aliqua habent sanguinem ⁊ aliqua humorem: loco sanguinis: sic nō omnia habent carnem vel neruum: sed aliqua habent proportionabile carni ⁊ proportionabile neruo vt pisces. Lege litteram. (Habet autem dubitatione₃. Utrum plures sunt) sensus tactus (aut vnus: ⁊ quid est sensitiuu₃ tangibilis) .i. organum per qđ sentit̄ tangibile. (Utrum caro) in habentibus carnē: (⁊ in alijs) nō habentibus carnē sit (propor-

tionabile)carni(aut non. Sed hoc).s.caro: aut proportionabile illi(est medium)tangendi: (primum autem sensitiuū) tactus(aliud quoddā est intus) qđ est organuz tactus.s.neruus vel sibi ꝓportiōabile. ¶ Notādūz sm Cōmentato. cōm ē 106. ꝙ Aristo. innuit causaz ꝓpter quā latet in hoc sensu: ⁊ nō latet in alijs sensib⁹ sermo de vnitate ⁊ pluralitate sensuū. De illis.n.qꝛ manifestum fuit ꝙ sensibile eoꝝ est in vno genere: fuit etiaꝫ manifestum eos esse vnū genere: in hoc aūt sensu qđ est ignoratum de suis sensibilibus fuit ignoratū de suo sensu. non ergo debuit Aristo. inquirere. Utrū sensus visus vel plures sint vel vnus: qꝛ notū fuit suū obm esse vnum.s. colorem: nec fuit necesse querere. Utrū auditus sit vnus vel plures: qꝛ manifestū fuit obiectum suū esse vnū.s. sonū: ⁊ ita de alijs. Nunc aūt: qꝛ nō est manifestū obiectuꝫ tactus esse vnū. ideo opꝫ querere de isto vtrum vna sit vel plures. dixit.n. Aristo. supra ꝙ potētie. distinguūtur per obiecta. ¶ Textus cōmēti. 107.

¶ Omnes etenim sensus vnius contrarietatis esse videtur: vt visus albi ⁊ nigri: auditus grauis ⁊ acuti: gustus amari ⁊ dulcis. Intangibili autem multe insunt contrarietates: ⁊ calidum ⁊ frigidum: humidum ⁊ siccum: duruꝫ ⁊ molle: ⁊ alioꝝ queciꝙ sunt huiusmodi.

¶ Jam arguit phūs ad pmā questionē probando pluralitatē sensus tactus hoc modo: omnis vnus sensus est solum vnius contrarietatis. Sed sensus tactus est pluriū contrarietatū. ergo plures sunt sensus tactus. pma pars antecedētis ꝓbatur inductiue. nam sensus visus est precise vnius contrarietatis.s. albi ⁊ nigri: ⁊ auditus solum vnius contrarietatis.s. grauis ⁊ acuti: gustus etiā ⁊ odoratus precise vnius cōtrarietatis.s. dulcis ⁊ amari. ergo omnis vnus sensus est precise vnius contrarietatis. Secunda pars antecedētis declarat̃ in eo ꝙ calidum ⁊ frigidū faciunt vnā contrarietatē humidū ⁊ siccum aliam contrarietatē durū ⁊ molle tertiam contrarietatē. asperum ⁊ lene aliā contrarietatē: ⁊ hec sentiunt̃ a tactu vt manifestū est. igit̃ sensus tactus est pluriū cōtrarietatū: ⁊ per cōsequēs plures sunt sensus tactus. Lege litteraꝫ. (Omnis eniꝫ sensus vnius contrarietatis esse videt̃ vt visus albi ⁊ nigri. auditus grauis ⁊ acuti: gustus amari ⁊ dulcis: in tangibili aūt multe insunt contrarietates: calidū frigidū humidū ⁊ siccū durum ⁊ molle: ⁊ alioꝝ) vt graue leue asperū ⁊ lene sunt obta.s. tactus: qꝛ pcipiunt̃ a potētia tactiua ⁊c. ¶ Textus cōmen. 108.

¶ Habet autem solutionem quandaꝫ ad hanc dubitationem: ⁊ ꝙ in alijs sensibus sunt contrarietates plures: vt in voce non solū acumē ⁊ grauitas: sed magnitudo ⁊ paruitas: ⁊ lenitas ⁊ asperitas vocis ⁊ similia alia. sunt auteꝫ ⁊ circa colorē differētie huiusmodi altere.

¶ Ad hanc rationē forte respondet̃ dicendo. ꝙ etiaꝫ alij sensus sunt pluriū contrarietatū. nā in voce nō soluꝫ reperitur cōtrarietas acuti ⁊ grauis: sꝫ etiaꝫ magnitudo ⁊ paruitas vocis: lenitas ⁊ aspitas eius: ⁊ aliqua alia similia: vt claritas ⁊ obscuritas. Etiā circa colorē preter contrarietateꝫ albi ⁊ nigri inueniuntur alie contrarietates vt intensum ⁊ remissum pulchrū ⁊ turpe: ⁊ tamē tam auditus ꝙ̄ visus est vnus sensus. Ex quibus sequit̃ ꝙ multiplicitas contrarietatū tangibiliū nō tollit vnitatē sensus tactus. Lege literam. (Habet auteꝫ aliquis (solutionem quandam ad hanc dubitationeꝫ) dicens: (ꝙ in alijs sensibus sunt contrarietates plures vt in voce non solum acumen ⁊ grauitas, sed etiam magnitudo ⁊ paruitas: ⁊ lenitas ⁊ asperitas vocis ⁊ similia alia sunt etiaꝫ ⁊ circa colorem differentie huiꝰ altere) vt intensum remissum. ¶ Textus cōmenti. 108.

¶ Sed ꝙ sit vnum subiectum sicut auditui sonus: sic tactui non manifestū est.

¶ Istam responsionem excludit phūs dicens: ꝙ omnium contrarietatū que sunt circa audibilia est vnū subiectū .s. sonus: ⁊ similiter color circa visibilia: sed nō potest inueniri quid sit cōmune subiectū omniū contrarietatuꝫ que sunt circa tangibilia: ⁊ ꝓpter hoc videt̃ nō esse vnū genus tangibiliuꝫ: ⁊ consequēter: nec vnus sensus. vnde potest argui sic. omnis sensus vnus est precise vnius contrarietatis: vel si pluriū ille reducunt̃ ad vnuꝫ obiectū: sed sensus tactus est plurium contrarietatū nō reducibilium ad vnū obiectum. ergo sensus tactus est plures. prima pars antecedētis est manifesta: eo ꝙ omnis contrarietas perceptibilis a visu reducitur ad colorē. ⁊ omnis cōtrarietas perceptibilis ab auditu reducit̃ ad sonum: ⁊ ita de alijs. Secunda etiā est nota: qꝛ nihil est manifestum. ad qđ tanꝙ̄ ad obiectum tactus reducant̃ iste due contrarietates: que sunt caliditas frigiditas humiditas ⁊ siccitas. Lege litteraꝫ. (Sed quid sit vnuꝫ subiectū) .i. obiectū omniuꝫ tangibilium: (sicut auditui sonus sic tactui nō est manifestum.) Ideo etiā non est manifestuꝫ vnum esse sensum tactus solūmodo. ¶ Notandū pmo sm Cōmentatorē. cōmento. 107. ꝙ si fuerit declaratum ꝙ sensus tactus est in carne: ita ꝙ ꝓportio carnis ad ipꝫ sit sicut proportio oculi ad visuꝫ: manifestū est ꝙ sensus tactus est vna virtus: qꝛ vnum instrumentū non est nisi vnius virtutis. si aūt fuerit declaratuꝫ ꝙ ista virtus sit plures vna: necesse est ꝙ caro nō sit quasi medium: ⁊ vt nō sit quasi instrumentū. Ex quo cōmento colligitur ꝙ vnitas ⁊ pluralitas potentiarū est ex parte organi: ita ꝙ si organum est vnum: ⁊ potētia est vna: ⁊ si organū est diuersum: potentie sunt diuerse. Si ergo vnum ⁊ idē organum est quo recipit̃ calidum frigidū humiduꝫ ⁊ siccum eadē tactiua potentia erit omniū illoꝝ. Et notanter loquitur Cōmentator cōtinue conditionaliter: qꝛ hic non terminat̃ ista questio: nec pōt terminari nisi pmo videatur quid est organū tactus. Egidius aūt contrariū videtur sentire dicēs: ꝙ sicut due sunt cōtrarietates pmarū qualitatū: quarum neutra in aliaꝫ reducit̃: ita sunt duo sensus tactus specifice distincti fundati in eodē organo receptiuo specierū tangibilium. ¶ Sed cōtra euꝫ quadrupliciter instatur: ⁊ pmo ex fundamento proprio sic. oēs contrarietates omniū sensuū exterioꝝ possunt concurrere in vnam rationeꝫ immutationis solum eis cōmunem. ergo cōtrarietates tangibiliū per idem possunt habere vnam rationē immutationis solum illis cōmuneꝫ: ⁊ consequēter illi rationi respōdet vnus sensus tactus percipiens ambas istas contrarietates. pꝫ cōsequētia: qꝛ si homo ⁊ lapis possunt concurrere in vnam rationeꝫ eis cōmunē a fortiori homo ⁊ asinus: qꝛ minus distinguuntur. consequēs est hic concessum ab Egidio di. ꝙ omnia sensibilia exteriora immutant sensuꝫ cōmunē sub vna ratione. ¶ Secundo arguit̃ fundamento Aristo. sic. si visus ⁊ auditus haberēt medium consimiliter dispositū illi erēt vnus sensus: sed tactus perceptiuus calidi ⁊ frigidi: ⁊ tactus perceptiuus humidi ⁊ sicci habent mediū consimiliter dispositum. ergo tactus perceptiuus calidi et frigidi: et tactus perceptiuus humidi et sicci sunt vnus sensus. prima pars antecedentis est Aristoti. in se-

cunda questione di. ꝙ si aer esset mediū connaturale visus auditus ⁊ olfatus esset vnus sensus. Secunda pars antecedētis ēt habet̄ ibidē. vbi Aristo. vult carnē esse mediū tactus modo caro est consilit disposita ad receptionē vtriusq̄ contrarietatis. Et caplo de sensu cōmuni dicit phs: ꝙ si tu ꝑciperes albū vno sensu ⁊ alio dulce ⁊ nō alia tertia virtute vtrūq̄ isto ꝯ tu nō ꝑciperes simul albū ⁊ dulce: neq̄ poneres dr̄ntiā inter illa: Ita in ꝓposito si vna dispositiōe percipis calidū ⁊ frigidū: ⁊ vna alia humidū ⁊ siccū per exclusionē tertie v̄tutis cōprehēdētis hec omnia: ⁊ ponētis dr̄ntiā inter illa: sequit̄ ꝙ tu nō ꝑcipis calidū humidū: frigidū ⁊ siccū: neq̄ isto ꝯ differētias cognoscis: cuius oppo^m experimur. ❡ Tertio arguit̄ fundamēto Cōmētatoris potētia ⁊ organū inuicē cōuertunt̄: sed idē organū recipit ambas ꝯtrarietates. ergo ⁊ eadē potentia. ꝓz ꝯñtia: qꝛ nō videt̄ ratio diuersitatis. minor est Egidij. maior v̄o Cōmētatoris. cōmēto nominato di. ꝙ si organū est vnū potētia est vna. ❡ Quarto arguit̄ fundamēto Auicēne. parte scd̄a. 6. nālium. caplo de tāgibili. dicētis: ꝙ alius motus est de eo qđ sentit̄ sicut solutio ꝯtinuitatis que venit ex verbere vel ex alio ⁊ nō est ex calore vel frigore: nec ex humore: nec ex siccitate: nec duritie: nec mollitie: nec ex aliqua ꝓdictorū. similiter ēt sentire voluptates ⁊ coytus ⁊ sīlia. hec Auicēna. Tūc arguit̄ sic. duo sunt tactus per se sentiētes duas cōtrarietates ⁊ omnis reducibilia ad illas. Sed verberatio ⁊ delectatio coytus sunt imutatiōes pertinētes ad sensū tactus ⁊ nō reducunt̄ ad illas contrarietates s̄m Auicēnā. ergo ꝑter sensus tactus ꝑceptiuos duarū ꝯtrarietatū oꝫ dare alios ꝑceptiuos doloris ex verbere: ⁊ delectatiōis ex coytu: ⁊ per ꝯñs quattuor sunt sensus tact⁹ qđ esset dissonū Aristo. ⁊ illi oppositiōi repugnat. Ideo loquēdo de tactu vt est nālis potētia imediate deferēs spēm sensibilē anime: dico ꝙ nō est nisi vnus sensus tactus: sicut nō est nisi vnum organū: ⁊ vnū mediū: lꝫ sint plures dispositiōes accidētales: que etiā dicunt̄ v̄tutes tactiue: qꝛ sine illis non fit imutatio tactus. Unde sicut idē subm per eandē potentiā materie recipit realr̄ odores sapores ⁊ colores lꝫ per diuersas dispositiōes. s. colores mediāte perspicuo: odores mediāte sicco: ⁊ sapores mediante humido. Ita idē organū tactus per eandē potentiā tactiuā recipit calidū ⁊ frigidū mediante vna dispositiōe: ⁊ frigidū ⁊ humidū mediāte alia: ⁊ dolorē verberatiōis mediāte alia: ⁊ delectationē coytus mediāte alia. Dicat̄ igit̄ ꝙ vni potētie tactiue sex respondent dispositiōes: quibus percipit omnia tangibilia: quarū tres sunt vniuersales: qꝛ in toto corpore: ⁊ tres particulares: quia in determinata parte corporis. Prima est dispō receptiua calidi ⁊ frigidi. Secunda est dispositio receptiua humidi ⁊ sicci. Tertia est receptiua doloris ex verbere. Quarta est perceptiua saporis in lingua. Quinta est perceptiua cōuenientie ⁊ discōuenientie in alimēto ⁊ in stomaco. Sexta est ꝑceptiua delectatiōis coytus in mēbro generatiuo. De duabus ꝑmis facit hic Aristo. mentionem: de duabus vltimis facit in tractatu de potētia vegetatiua. de quarta in caplo ꝑcedēti. de tertia autem qua percipit̄ dolor in verberatiōe vel dissolutiōe ꝯtinui nō facit Aristo. in hoc libro mentionē cū nō faciat ad esse specificū: nec indiuiduale corporis animati. Rationes aūt Aristo. nō sunt demonstratiue: sed solū persuasiue. si eniꝫ demōstrarēt oporteret ꝑter. 6. tactus noīatos ponere alios sex perceptiuos grauis ⁊ leuis duri ⁊ mollis lenis ⁊ asperi: ⁊ sic in infinitū. qđ est absurdū: hec tñ ꝯtraria cū sint sensibilia cōia percipiunt̄ a sensu tactus solū his sex dispositionibus nominatis. His tamē ratio

t.c.134.

nibus Aristo. ostēditur ꝙ est impossibile sensum tactus per vnā ⁊ eandē dispositionē sentire omnia tangibilia: sicut visus per eandē dispositionē percipit omnia visibilia: ⁊ auditus per vnā ⁊ eandē cognoscit omnia audibilia. ❡ Secūdo notandū s̄m Cōmētatorē. cōmēto. 108. ꝙ Aristo. intēdit per subiectū hic genus qđ diuiditur in hec cōtraria: necesse enim est si posuerimus ꝙ vnus sensus comprehēdat multos modos ꝯtrarietatis vt genus. subiectū illis modis sit vnū: quoniā necesse est esse aliquid cōmune illi multitudini ꝙ comprehēditur ab illo vno sensu: quoniā vnus sensus nō est vnus nisi per vnā intentionē. obiectū sensus Aristo. vocat subiectū: qꝛ qđlibet genus est subm̄ cū recipiat per modū materie differētias specierū se habētes tanq̄ forma: modo quodlibet obiectū adequatū alicuius sensus est genus: qꝛ ꝑdicat̄ de pluribus differētibus spē in quid. vt color de albedine ⁊ nigredine: ⁊ sonus de acuto ⁊ graui: odor vel sapor de dulci ⁊ amaro. ergo quodlibꝫ obiectū potētie sensitiue est subiectū: ⁊ si illud est vnum potētia est vna: si aūt plura potētie sunt plures. ideo sequit̄ in eodē cōmēto: cū contraria fuerint diuersa in generibus. tunc virtutes erunt diuerse. ⁊ ideo illud idē qđ recipit contrarietatem vel diuersitatē colorꝝ aliud est a recipiēte cōtrarietatē odorꝝ ⁊ a recipiēte contrarietatē saporꝝ: cū ista contraria sint diuersa in genere: qꝛ igitur cōtrarietati albedinis ⁊ nigredīs respondet aliud genus q̄ cōtrarietati dulcedinis ⁊ amaritudīs. ideo necessario sunt plures potentie percipiētes illas contrarietates: ita pariformiter si cōtrarietati frīditatis ⁊ caliditatis aliud genus cōpetit q̄ contrarietati hūiditatis ⁊ siccitatis necessario plures potentie sunt perceptiue illarum contrarietatum.

❡ Intelligendū s̄m Thomā ꝙ in genere tangibilium sunt plures ꝑme contrarietates reducibiles quodāmodo ad vnū genus ⁊ quodāmodo nō. Uno modo pōt accipi subm cōtrarietatis ipsius generis cōparatum ad differentias cōtrarias: sicut potētia ad actum. alio modo potest accipi subm cōtrarietatis substantia que subijcit̄ generi cōtrarietatis eo modo quo dicimus corpus coloratum esse subm̄ albi ⁊ nigri. loquendo igit̄ de subiecto vt est genus: nullū est subm̄ oīum qualitatū tangibilium: sed si loquimur de subiecto vt est subiectū: sic vnum est subm oīum horꝝ. s. corpus pertinēs ad consistentiā animalis ⁊c̄. ❡ Contra positionē arguit̄ ꝓbando ꝙ omnibus qualitatibus tāgibilibus: que vt sensibilia propria imutant tactum: qꝛ de illis est difficultas: respōdet vnū genus cōmune: sicut omnibus coloribus odoribus saporib⁹. Et ꝑmo sic. caliditati ⁊ friditati respōdet vnū gen⁹ cōmune continēs illa: ⁊ nihil plus. ergo per idem ambabus ꝯtrarietatibus. ꝓꝫ ꝯñtia: qꝛ vtrūq̄ genus est inominatum: antecedēs est notū per istū: ⁊ omnes alios differētes ꝙ cuilibet cōtrarietati respondet vnus sensus tactus: ⁊ per cōsequēs eidē cōtrarietati correspondet vnū subm ⁊ vnum genus s̄m Cōmentatorē. cōmento allegato. ❡ Secundo sic. nō obstāte ꝙ nā medij receptiua colorꝝ sit nominata: ⁊ natura medij receptiua odoris sit inominata: adhuc vna est vniuersalis nā receptiua omnium odorꝝ: sicut vna est vniuersalis natura receptiua omnium colorum. ergo per idem: lꝫ obiectum adequatum visus sit nominatū: ⁊ obiectū tactus inominatū adhuc: ita habet tactus obiectum adequatū: qđ est subiectū ambarū contrarietatū sicut visus habet obiectum adequatum: qđ est subiectum omniū colorꝝ: consequētia tenet a sufficiēti similitudine: añs aūt est Aristo. ⁊ Cōmenta. cap⁹ de colore. ❡ Tertio. vna est nā cōis cōicata aque aeri igni ⁊ corpori celesti. ḡ a fortiori vna est nā cōis omnib⁹

primis qualitatibus cõmunicata. tenet cõsequẽtia: qz minus distinguũtur quattuor qualitates pme q̃ illa q̃ttuor corpora subalia: cũ oẽs pme q̃litates sint cõrruptibiles: ꝛ nõ oia ista corpora ꝓpter celũ qd est icorruptibile. aũs est Aristo. ꝛ Cõmentato. in hoc. 2. caplo allegato. di. ꝙ dyafanitas est quedã natura cõis cõpetens naturaliter oibus noiatis corporib⁹. ¶ Quarto sic. q̃tuor elẽta hñt genus cõe eis ꝓpriũ. ergo per idẽ quattuor qualitates pme: tenet cõsequentia: qz eque distinguunt elementa sicut qualitates corꝝ. antecedẽs ꝓbat. oia mixta animata habẽt genus cõe ꝛ ꝓpriũ illis vt corpus aniatum. ergo per idẽ oia mixta inaiata habẽt ꝓpriũ genus: lz innominatũ: ꝛ per ꝯñs oia corpora simplicia saltẽ cõicantia in mixtis habẽt ꝓpriũ genus: lz sit inominatũ. ¶ Ideo dõm ꝙ sicut visus hz obiectũ adequatũ: qd est color. rõne cuius percipit oẽs colores: ꝛ auditus hz obm adequatum qd est sonus: ꝛ sic de alys: ita sensus tactus hz obiectũ adequatũ: rõne cuius percipit oẽs qualitates tãgibiles. Sz verũ est ꝙ est inominatũ: qdcũqz tamẽ sit id conuertit cũ isto termio qualitas tãgibilis. sumendo stricte qualitatẽ tangibilẽ in rõne sensibilis ꝓprij: qz grauitas leuitas ꝛ hõ. tãgunt in rõne sensibilis cõis: de qbus non est intẽtio in pnti. vnde si visus vel auditus nõ haberet subm nominatũ nõ minus haberet obiectũ adequatũ q̃ modo. ergo per idẽ: lz tactus nõ habeat obm nominatum nõ minus hz obm adequatũ: rõne cuius sentit oẽs qualitates tãgibiles. Aristo. 2. pmo posteriorũ dicit: ꝙ cõmutata ꝓportio est passio habens subm inominatũ. ꝛ habere tres angulos est passio habẽs subm nominatũ. s. triangulũ: ita cõsimiliter visibile vel audibile est passio habẽs subm nominatũ. s. colorem vel sonum: tangibile vero est passio habẽs subm inominatũ: ꝛ sicut cõmutata ꝓportio competit lineis superficiebus ꝛ numeris ratiõe illius inominati sm phz ibidẽ: ita tãgibile cõpetit oibus qualitatibus pmis rõne subiecti inominati: neqz Aristo. in sua rõne asserit tactũ nõ habere obm adequatum: aut qualitates tãgibiles nõ habere subiectũ ꝓpriũ genericũ: sed solũ dixit illud esse ignotũ ꝛ inominatum manifestũ. Cõmentator etiã nõ dixit: ꝙ duabus cantrarietatibus cõpetunt duo subiecta generica: sed voluit illis respõdere duos sensus. si eisdẽ duo subiecta vel obiecta correspondẽt. ideo dixit: ꝙ vnus sensus nõ est vnus nisi per vnã intentionẽ. ¶ Tertio notandũ sm Cõmentatorẽ eodẽ cõmento: ꝙ necesse est si tactus sit vna virtus vt modis contrariorũ quos cõprehendit virtus sit vnũ genus subiectũ eius: qd dicat de eis vniuoce: vt sonus qui dicitur vniuoce de modis sonoꝝ: ꝛ color de modis coloꝝ. Sed contraria tactus nõ vident habere genus qd dicat de eis nisi equiuoce: quale. n. qd dr de calido ꝛ frigido graui ꝛ leui nõ dicit nisi pure equiuoce. Uñ colores odores sapores ꝛ soni sunt in tertia specie qualitatis. ideo calor põt dici de omnibus colorib⁹ vniuoce ꝛ sonus de omnibus sonis: sed graue ꝛ leue caliditas ꝛ frigiditas sunt diuersoꝝ predicamentoꝝ sm Cõmentatorem in hoc cõmento: qz ipse vult frigiditatem ꝛ caliditatem esse de predicamẽto qualitatis: graue aũt ꝛ leue de predicamento substantie ꝛ hoc ideo: quia putauit. vt apparet in libro celi grauitatẽ ꝛ leuitatẽ esse formas substantiales elemẽtoꝝ: ꝛ in hoc reprobatur: sz dato isto indubie quale nõ diceret de illis nisi mere equiuoce de calido frigido graui ꝛ leui: ex quo essent diuersoꝝ predicamentoꝝ. Sed quo ad pmã partem cõmenti dicit Egidius verba Auerroys habere magnã calũniã: quia vera vniuocatio nõ reperitur nisi in specie specialissima. Si ergo requirit vniuocatio ad vnitatẽ sensus oportet dare tot sensus visus quot sunt species coloꝝ ꝛ tot sensus gustus quot sunt species sapoꝝ: ꝛ ita nullus sensus esset vere vnus. Ideo sciẽdũ inquit iste ꝙ equiuoca sunt illa que habẽt nomen cõmune ꝛ rationẽ diuersam. Uniuoca vero que nõ habent nisi vnam rationẽ que quidem ratio quantũ ad presens spectat. dupliciter accipit: videlz sm predicationẽ ꝛ sic nõ est vniuocatio nisi in specie specialissima: cum in generibus lateant equiuocationes. 7. physicoꝝ: vel sm imutationẽ sensus: ꝛ sic nõ solũ potest esse vniuocatio in eodẽ genere: sed in diuersis: visus enim percipit omnia visibilia sub vna ratiõe. s. lucis: ꝛ sensus cõmunis cognoscit sub vna ratiõe. s. imutationis omnia sensibilia ꝓpria: ꝛ intellectus omnia intelligibilia intelligit sub ratione vniuoca entis: que est ratio imutatiõis ꝛ nõ predicationis. ¶ Contra hanc determinationẽ arguitur: ꝛ pmo ꝙ in genere est vera vniuocatio predicationis quoniã omne qd vere est in pdicamento per se ꝛ vere diffinitur est vere vniuocũ vniuocatione predicationis. Sed aliquid qd est genus est in predicamẽto per se ꝛ vere diffinit. ergo ꝛc. maior colligitur de intentione Aristo. 6. topicoꝝ. 5. ꝛ. 7. metaphysi. minor vero est eudẽs: quoniã animal est per se in predicamento sm Porphy. ꝛ vere diffinitur: ex quo hz verum genus ꝛ veram differentiã. s. corpus aniatũ sensitiuũ. vt testant omnes phi: ꝛ cum phus dicit: ꝙ in generibus latent equiuocatiões verũ est: quia in eo continẽtur omnes ratiões suarũ specierum: nõ tamẽ tollitur ꝓpter hoc vniuocatio in eo: qz preter ratiões specificas hz propriã rationẽ in qua oẽs iste concurrunt. vt animalis ratio est animalitas: in quã concurrunt humanitas equinitas ꝛ hõ. que sunt ratiões specierũ. Ideo vera predicatio vniuocatiõis est in genere: sz strictissime ꝛ proprijssime sumpta est in specie specialissima: cui vnica ratio respõdet: sm quã de suis inferioribus predicat: ꝛ hec fuit intentio Aristo. 7. physico. ¶ Secũdo arguitur: ꝙ si genus predicatiõis nõ est vniuocum: qd nec genus imutatiõis ponẽdo ꝙ color in cõi sit a. ꝛ ratio cõmunis vniuoca sm quã imutatur sensus cõmunis sit b. Et arguit hoc modo: sicut se hz homo ad animal: ita a. ad b. sz animal nõ est vniuocũ in predicatione per te. ergo nec b. i imutatione. ꝯña tenet cũ pma parte antecedẽtis: qz sicut est assignare supius ꝛ inferi⁹ in pdicatiõe: ita i imutatiõe. ¶ P. satis mirũ videtur ꝙ Egidius assignet vnũ cõmune vniuocũ in imutatione oibus sensibus ꝓprijs: ꝛ nõ vnũ cõmune vniuocũ p imutationẽ omnib⁹ qualitatib⁹ tãgibilibus: cũ vtrobiqz tale subiectũ siue genus sit inominatũ. Difficilius. n. est ꝙ omnia sensibilia ꝓpria cõcurrant in vnam rationẽ cõmunẽ q̃ ꝙ oẽs qualitates tangibiles. ¶ Dicendũ igit quodlibet obiectũ alicuius sensus esse vniuocũ tã per predicationẽ q̃ per imutationẽ: sicut. n. albedo ꝛ nigredo imutant visum ratiõe coloris: ita ꝙ color dicitur de illis sm vnã rationẽ: ꝛ sicut qualitates tangibiles imutant tactum sub ratione generis inominati: ita illud genus dicit de illis sm vnã rationẽ: nõ tamẽ dico ex hoc ꝙ ratio imutatiõis sit ratio predicatiõis: sed diuersa: lz ignota ꝛ imanifesta: neqz dixit Cõmentator in cõmẽto allegato nihil esse vniuocũ ad qualitates tãgibiles: sed nihil esse vniuocum quo ad imutationẽ calido frigido graui ꝛ leui: quoniam graue ꝛ leue sunt sensibilia cõmunia. calidum vero ꝛ frigidũ sunt sensibilia propria: ꝛ nõ tãtũ dicit nihil dicere de illis nisi pure equiuoce: quia credidit graue et leue esse in predicamento substantie. vt asserit in eodem cõmento: ꝛ hoc non est tenendũ: qz graue ꝛ leue sunt qualitates de secũda specie. ꝛ nõ pertinent ad pdicamentũ substãtie. ¶ Quarto notandũ sm

T. c. 2. T. c. 2. T. c. 42. T. c. 2.

Cōmentatorē.cōmento.108. ꝙ oportet opinari ꝙ Arist. voluit ꝙ sensus tactus eēt plus ꝙ̄ vnus: ⁊ ꝙ caro sit mediū: lȝ iste sermo sit ꝯtrarius sermoni in lib. de anialib⁹ vbi dixit: ꝙ instrm̄ illius sensus est caro: ⁊ iste sermo dat instrumentū esse animalibus tangibiliū inter carnez: ⁊ conuenit ei ꝙ post apparuit per anothomiā.s. ꝙ neruus vetus hȝ introituz in tactu ⁊ motu: ⁊ qd igit̄ sciuit Aristo. rōne apparuit post sensuz. Aristo. igit̄ cōtrariat̄ hic vnicio. qd ipse posuit in libro de animalibus. nā ibi ꝓbauit carnē esse organū tactus. hic aūt tenet oppositum dicens ꝙ non caro. sed neruus: ⁊ hoc ideo; qꝛ quando ipse scripsit libꝝ de animalibus nondū vidit anothomiam: ⁊ nō vidit distinctionē inter neruū ⁊ carnez. Sed quis post visionē anathomie vidit talē distinctionez probat consequēter carnē esse mediū ⁊ neruuz organū. Ex quo concludit ꝙ illud qd erat Aristo. manifestū per rationē postea fuit alijs manifestū per sensuz. hec tamen difficultas nō est tractanda in hac questione: sed in sequentib⁹.

¶ Dubiū tamē occurrit circa hoc qd dicit Cōmētator Aristo. velle ꝙ sensus tactus sit plus ꝙ̄ vnus: cum dictū sit nō esse plures sensus tactus. sed solū vnū. Ideo dicit̄ de intentione Aristo. ⁊ Cōmentato. est ꝙ sensus tactus sit plus ꝙ̄ vnus. i. sensus tactus est vnus ⁊ plures que quidem ꝓpositio hȝ diuersas expositiones. Prima expositio est ꝙ sensus tactus est vn⁹ materialiter ⁊ plures formaliter. iuxta intentionē Egidij dicētis: ꝙ vnicū est organū tactus. plures tamē sunt potentie tactiue essentialiter ⁊ specifice distincte fundate in eodem organo. hec expositio fuit reprobata in pmo cōmento vbi ostensum est de intentiōe Aristo. ⁊ Cōmentato. vnius organi vnā esse potentiā. Itez si sensus tactus est plures. ergo vnus sensus tactus est plures sensus. pȝ ꝯsequētia: per Aristo.

Lõ.3. pmo elenchoꝝ: ⁊.4. metaphy. di. ꝙ ꝓpositio: ⁊ vna ꝓpositio conuertunt̄: ens ⁊ vnum ens homo ⁊ vnus homo: ⁊ per cōsequēs conuertunt̄ sensus ⁊ vnus sensus. Secūda expositio est ꝙ sensus tactus est vnus ⁊ plures: quia est vna aīa ⁊ multe partes eius recte. sicut lapis est vnus ratiōe cōtinuationis. ⁊ plures ratiōe partiū. Ista expositio vana est, qꝛ nihil sentit de intentiōe Aristo. dato enīz ꝙ tactus esset aīa tactiua questio Aristo. est vtrum per vnam solā virtutē tactiuā cognoscat anima omnia tangibilia: aut per plures: deinde sic exponentes nō possent ponere pluralitatē sensus tactus in homine: qꝛ in eo nō ponunt nisi animā intellectiuā indiuisibilē: ⁊ cū illa nō habeat partē: sequit̄ ꝙ in homine nullo modo sensus tactus est plures: qd est contra intentionē Aristo. ¶ Tertia expositio est ꝙ tactus tripliciter sumit̄. pmo pro anima tactiua. Secundo ꝓ organo tactus. Tertio ꝓ aggregato ex anima ⁊ organo. Primo modo sensus tactus est vnus: sicut vna anima itellectiua. secūdo ⁊ tertio modo plures sunt sensus tactus: quia plures sunt nerui ⁊ plura composita ex neruo ⁊ anima. Ista expositio dupliciter deficit. pmo: qꝛ nō respōdet ad difficultatē Aristo. vtrū per eandē virtutē tactiuam sentiant̄ ambe contrarietates. Secundo: qꝛ repugnat sibiipsi. si. n. plures sunt nerui. ergo plures sunt anime tactiue istoꝝ neruoꝝ: cū ergo tactus sint plures ratione organoꝝ: ita ratione anime. ¶ Quarta expositio est ꝙ tactus quadrupliciter consideranꝰ pmo pro anima. Secūdo pro organo. Tertio ꝓ aggregato ex anima ⁊ organo. Quarto ꝓ composito ex his ⁊ dispositiōe accidētali per quā fit tactus. pmo secūdo ⁊ tertio modo tactus est vnus: qꝛ vna animo vnū organuz vnū compositū ex his. Sed quarto modo sensus tactus sunt plures: qꝛ plures sunt dispositiones: ⁊ consequenter plura composita accidētalia quibus sentiūtur qualitates tāgibiles. Hec expositio satis bene posset applicari littere Aristo. sed deficit in fundamēto pncipali putans tactum esse animā tactiuaz. cuz sit vna qualitas ⁊ ꝓprietas anime fundata in organo: ꝓpter enim nimiā disproportionem inter materialitatem organi ⁊ imaterialitatem anime opȝ assignare vnū mediū participans quodāmodo naturā organi ⁊ anime qd sibi deferat species tangibiles: aliter nunꝙ̄ sentiret anima sensibilia: ⁊ hanc virtutē mediam seu proprietatē voco potentiā tactiuam. ꝓpterea dicit̄ ꝙ preter animā: organū ⁊ mediū ⁊ dispositiones tactiuas est assignare sensum tactus distinctum a quolibet illoꝝ realiter. Unde anima sensitiua tactus organū dispositio ⁊ mediū habent se per ordinem. sic ꝙ anima imitatur mediāte tactu: ⁊ tactus mediante organo: ⁊ organū mediante dispositiōe: ⁊ dispositio mediante carne que est mediū imediate ab obiecto recipiens quantitates tangibiles. ¶ Ex quibus sequit̄ ꝙ ista ꝓpositio est vera. sensus tactus est vnus ⁊ plures ad hunc intellectū. sensus tactus est vnus potentialiter ⁊ plures dispositiue: qꝛ sensus tactus est solū vna potentia cum multis dispositiōibus. Unde seruandus est hic modus loquendi quē Aristo. habuit in elēchis: propositionem enim equiuocaz habere plura significata vocat ꝓpositionē plures: nā ꝙ ista ꝓpositio sit plures propositiones: sed quoniā illi respondēt plura significata ⁊ plures modi significandi. Ita modo consimili vocat plus sensum tactus plures: nō ꝙ sensus tactus sit plures sensus tactus. qꝛ illud est impossibile: sȝ quia sensus tactus pluribus dispositionib⁹ plures contrarietates percipit. Et si in littera Aristotelis: aut Cōmentatoris inueniat̄ ꝙ plures sunt sensus tactus intelligit̄: plures sunt dispositiones tactus. Sic etiā intelligit Auicēna cuz dicit: ꝙ virtutes tactiue sunt plures. nō ꝙ plures sint potētie tactiue imediate deferentes anime: sed ꝙ plures sunt dispositiones tactiue imediate deferentes organo. ¶ Circa predicta de contrarietate tangibiliū dubitatur. vtrū omnes contrarietates tactus reducant̄ ad calidū frigidum humidū ⁊ siccū: ⁊ videt̄ ꝙ nō. pmo: qꝛ graue ⁊ leue nō vident̄ reduci ad qualitates istas cū sint diuersarum specieꝝ ū predicamenti qualitatis. secundo intēsiuz ⁊ remissiuz faciunt cōtrarietatē sensibilē a sensu tactus non reducibilē ad aliquā aliarum contrarietatū: quia nō est ratio. quare plus ad vnā ꝙ̄ ad reliquam: cū in qualibet earuz reperiat̄ intensio ⁊ remissio. si aūt dicitur ꝙ reducitur ad ambas cōtrarietates simul intelligit̄ nō tanꝙ̄ inferius ad suū superius: quia intēsio ⁊ remissio nō sunt per se in predicamento qualitatis: nec tanꝙ̄ effectus in causam: quia per idē contrarietates coloris odoris ⁊ saporis reducerent̄ ad istas: qd est falsum: quia tunc visus ⁊ odoratus nō differrēt a tactu. ¶ Oppositū videt̄ esse de intentiōe Aristotelis ⁊ Cōmētatoris: aliter contingeret dari in genere tangibiliū plures contrarietates primas ꝙ̄ duas: qd non bene sonat. ¶ Notandū secundū Egidiū eē de intētione Themistij: ꝙ sensus nō solū percipit sensibilia propria: sed etiā cōmunia. ideo cuz dicit̄ omnes cōtrarietates tangibiliū reduci ad contrarietates qualitatū primarū: intelligit̄ de cōtrarietatibus sensuum ꝓprioꝝ ⁊ nō cōmuniuz. nam graue ⁊ leue percipit tactus mediante motu. vt qd velocius deorsum tendit tactus iudicat graue. qd vero tardius leue. vt Cōmentator ait: asperū vero ⁊ leue videtur ad figuraz pertinere. nam alterius figure est asperum vbi vna pars preeminet alteri: ⁊ alterius lene vbi partes equaliter situātur. motus autez ⁊ figura non sunt obiecta propria: sed communia. Dicatur ergo ꝙ graue ⁊ leue asperuz ⁊ molle re-

ducuntur ad calidū frigidū humidū ⁊ siccū via causalitatis: q2 fiunt ex his: sed nō via imutationis q2 non imutant mediātibus illis: sed mediāte motu ⁊ figura. Istud mihi non videt̃ verū: q2 sensibilia cōmunia sunt sensibilia per se nō p̄mo: q2 imutant ratione sensibiliū propriorū. si g̃ graue ⁊ leue asperū ⁊ lene etiā imutant ratione motus ⁊ figure: motus aūt ⁊ figura imutant ratione sensibiliū ꝓprioꝝ. ergo graue ⁊ leue asperū ⁊ lene imutant ratione sensibiliū ꝓprioꝝ. ergo illa reducunt̃ ad sensibilia ꝓpria nō solū via causalitatis sed etiā imutatiōis: sicut ergo motus ⁊ figura reducūtur via imutationis ad omnia sensibilia ꝓpria: q2 quilibet sensus exterior percipit motū ⁊ figurā suo sensibili ꝓprio: ita graue ⁊ leue asperū ⁊ lene reducunt̃ ad oīa sensibilia ꝓpria via imutatiōis: q2 quilibet sensus exterior pōt percipere graue ⁊ leue asperum ⁊ lene mediāte suo sensibili. Dicat̃ ergo ꝙ sicut motus ⁊ figura reducunt̃ via imutatiōis ad contrarietates albi ⁊ nigri ꝓ quāto sunt perceptibiles a visu ⁊ ad ꝯtrarietatē calidi ⁊ frigidi humidi ⁊ sicci ꝓ q̃to percipiunt̃ a tactu. Ita cedē contrarietates reducūtur ad contrarietatē visus pro quanto imutant cū colore: ⁊ ad cōtrarietatē tactus pro quanto imutant cum calido frigido ⁊ sicco. ❡ Ad p̄mū dicit̃: ꝙ si magnitudo ⁊ numerus que sunt p̄dicamenti q̃titatis reducunt̃ via imutatiōis ad sensibilia ꝓpria que sunt predicamenti qualitatis: quāto magis graue ⁊ leue asperū ⁊ lene ad calidū frigidū humidū ⁊ siccum que sunt eiusdē predicamēti: lz diuersarū sp̄erū. ❡ Ad 2m dicit̃ cōsimiliter: ꝙ q2 intensum ⁊ remissum reperiunt̃ in omnibus sensibilibus ꝓprijs ⁊ ab omnibus sensibus particularibus percipiūtur: reducunt̃ ad omnia sensibilia ꝓpria. ideo intensum ⁊ remissū reperta in qualitatibus p̄mis reducunt̃ ad illas via imutationis tanq̄ sensibilia cōia nō ꝓpinqua: q2 illa sunt solū quinq̃. s. motus quies magnitudo numerus ⁊ figura: sed tanq̄ remota vt graue leue durū molle densū rarū ⁊ similia: verū tamē intensū ⁊ remissū nō sunt ꝓpria cōtraria: q2 verificātur de eodē: eadē. n. albedo est intensa ⁊ remissa: sicut nec magnū ⁊ paruum sunt contraria. Ex quo idē est magnū ⁊ paruū: sed possunt dici opposita relatiue: q2 magnū refertur ad paruū ⁊ intēsum ad remissū ⁊c. ❡ Textus cōmē. 109.

Vtrum aūt est sensitiuū intus aut nō: sed mox caro nullū videt̃ esse signū fieri sensum simul cū tactu. Etenim nunc siquis circa carnē extenderit vt pellem faciens similiter sensum mox tactum insinuat: ⁊ tamen constat ꝙ non est in hoc sensitiuum. Si autē ⁊ connaturale fuerit citius vtiq̃ pertinget sensus.

❡ Mota prima questione que fuit de vnitate ⁊ pluralitate sensus tactus. Aristo. consequenter determinat secundā quā firmēto de organo ⁊ medio intraneo tactus querēdo vtrū caro sit organū tactus vel nō. ideo ꝓ decisione illius questiōis Aristo. ponit quatuor ꝯclusiones: Quaꝝ p̄ma est ista. Caro nō est organū potētie tactiue. Secūda cōclusio. cara se hz ad sensationē: sicut se haberet aer si aīali eēt ꝯnaturalis. ibi. (Propter qđ talis pars.) Tertia cōclusio. caro seu ꝓportionale carnis est mediū sentiendi potētie tactiue. ibi. (Ex aere quidē. n.) Quarta ꝯclō. cum vnitate medij carnei vel ꝓportionalis stat pluralitas sensuū tactus. ibi. (Demōstrat aūt.) Prima cōclusio arguit̃ sic. sensibile positū supra organū sensus nō facit sensationē: sed tāgibile positū supra carnē facit sensationē. ergo caro nō est organū tactus. si. n. alicui videret̃ ꝙ esset organū tactus hoc esset ꝓpter hoc signū: q2 statim ad tactū carnis sentimus tangibilia: sed hoc nō est sufficiens signū: q2 si aliquis nunc circa carnē extēderet aliquā pelliculā: aut telā subtilē statim ad tactum illius superextensi carni sentiretur tangibile: ⁊ tamē constat ꝙ illa pellis: nec in illa esset organum tactus. siquis autem diceret ꝙ non est similitudo. quia caro est connaturalis ⁊ continuata corpori: pellis autem est extrinseca corpori. Iterū ratio nō procedit: quia si illa pellis fieret ꝯnaturalis: nō tamē hec esset organū tactus: ⁊ tamē per illā statim sentiretur tangibile ⁊ melius q̃ quādo est distincta eodē modo: lz statim fieret sensatio cū tangit̃ caro nō ꝓpter hoc est organū: sed potius mediū vel aliqđ aliud necessario requisitū ad sensationem tactus. Lege litterā (Vtrū aūt est sensitiuū) .i. organum tactus (intus) carnem. (aut nō:) sz ipsa cara hz dubitationē: (sed mox caro) si tāgit̃ fiat sensatio. (nullū videt̃ esse signū) sufficiēs (fieri sensū. simul cū tactu) tanq̄ per organū. (etenī siquis extēderet circa carnē) aliqđ subtile (vt pellē faciens) illud super extensum (similiter sensū) ⁊ sensationē (mox tactū isinuat: ⁊ tamē cōstat ꝙ nō est in hac) .s. pelle (sensitiuū) qđ sit organū tactus. (si autē ⁊ cōnaturale fuerit) illud extēsū (citius vtiq̃ perunget sensus) .i. citius fiet sensatio: ⁊ tamē nō foret organum. ❡ Notandū fm Cōmentatorē. cōmēto. 109 ꝙ caro est quasi mediū: lz sit cōtra opinionē Alexādri ⁊ expositionē Themistij: q̃uis Themisti⁹ dicit opīe: ꝙ ista est opinio Arist. ꝙ caro est q̃si mediū: sz isti nō vident̃ sentire rationē super quā sustentabat̃ Aristo. in hoc: ⁊ est ꝙ sensibilia tactus nō conueniunt in eodē genere: ꝙ de eis dicat̃ vniuoce. crediderunt ergo Alexander ⁊ Themisti⁹: ꝙ cara esset organū tactus. Aristo. v̾o oppositū. ⁊ ita asserit Themistius. causa aūt quare posuerūt istud fundamentum: quia non videbant rationem Aristo. s. ꝙ nullum sensibile vniuoce dicit̃ de omnibus tangibilibus. ❡ Secūdo notandū fm Cōmentatorē eodem cōmento ꝙ cōtinuatio nō dat carni nisi bonitatē pertransitus sensus nō ꝙ continuatio dat carni vt sit instrumentum illius sensus. cōtinuitas ergo nō facit aliquod esse organum: sed bene ꝙ per illud citius fiat sensatio. verbi gratia: lz caro sit continua cū membro: nō tamē sequit̃ istā esse organū: sed solum ꝙ per istam fiat sensatio p̾us q̃ si esset discōtinua. ❡ Duo occurrūt dubia circa illud commentū p̄mū: q2 dicit Cōmentator: ꝙ tāgibilia nō conueniunt in aliquo genere: qđ de illis dicat̃ vniuoce: cū tamen dēm sit in alia questione genus tāgibiliū dici de illis vniuoce. ❡ Secundū dubiū. Unde tenet illa consequētia Cōmentatoris genus tangibiliū nō dicit̃ de illis vniuoce. ergo caro est mediū ⁊ nō organū quā dicit fuisse rationē Aristo. ad ꝓbandū carnē non esse organū sed mediū. ❡ Ad p̄mū dr̃: ꝙ tāgibilia ad duo possunt cōparari. s. ad genus ⁊ ad potentiā tactiuā. si cōparat̃ ad suū genus sic dr̃ de illis vniuoce. si v̾o ad potentiā tactiuā: sic dicit̃ de illis equiuoce: q2 fm diuersas ratiōes eo ꝙ potentia tactus nō percipit oīa tāgibilia vna rōne: sed diuersis iux̃ multitudinē dispōnū qbus ꝑcipit plures contrarietates nō iuicē reducibiles. Unde Cōmētator statim adiungit illi cōmēto .n. necesse est ꝙ sensus tactus sit plus vno. ad denotandū illā equiuocationē nō esse ex parte generis: sz ex parte potētie. ❡ Ad 2m rndet̃ ꝙ ista ꝯsītia tenet per hoc mediū genus tangibiliū nō dr̃ de illis vniuoce. ergo nō dr̃ de illis fm vnam rōnem semper intelligēdo ex parte potētie. ergo organū tactus hz diuersas dispositiones tactiuas. sed caro nō hz diuersas dispōnes

tactiuas:ergo cara non est organũ:⁊ per consequens cara est medium.pʒ consequentia:qꝛ cũ cara sit necessaria ad tactum necessitate imitationis:opʒ ipsam esse medium vel organũ.¶ Contra illam rõnem arguitur.ꝓbando ꝙ tactus nõ indiget diuersitate dispositionũ in organo pri mo:qꝛ sensus cõmunis plures contrarietates percipit ꝗ̃ sensus tactus ⁊ solum per vnam dispositionem:qꝛ nullus adhuc dixit sensum cõem esse plures.ꝗ̃ per idem sensus tactus vnica dispositione percipit omnes suas ꝯrietates. ¶ Secũdo.magis distinguunt lux:⁊ color ꝗ̃ ꝯrietates tangibiliũ.sed visus vnica dispositione sentit lucem ⁊ co lorem:ex quo est vnus sensus ⁊ non plures.ergo a pari vni ca dispõne percipit tactus suas contrarietates.¶ Intel ligendum ꝙ penes aliud attenditur vnitas sensus:⁊ pe nes aliud vnitas dispõnis sensitiue. vnitas nãqꝫ sensus attenditur extrinsece penes vnitatem organi absolute:⁊ relatiue penes vnitatẽ obiecti.Sensus ergo visus ẽ vn⁹ ⁊ similiter auditus tam ex parte obiecti ꝗ̃ ex parte orga ni.Sed vnitas dispositionis attenditur penes vnitatem contrarietatis:ita ꝙ cuilibet potentie cõtrarietatis alic⁹ generis sua correspondet dispositio sensitiua:⁊ qꝛ sub ge nere tangibilium reperiuntur plures ꝯrietates ꝑme.iõ illis in organo tactus correspondent dispositiones plu res diuersaꝝ specieruꝫ.sicut ⁊ ipse ꝯrietates specifice dif ferunt. Ex quo sequitur.ꝙ visus vel auditus non hʒ ni si vnam dispõnem sensitiuam:sicut nec suo generi sensi bili alia preter vnam cõpetit ꝯrietas prima.¶ Sʒ du bi tatur vtruꝫ visui alia cõpetit contrarietas prima ꝗ̃ albi vel nigri.si sic.ꝗ̃ visus hʒ plures dispõnes sensitiuas sicut tactus.Si non.ergo visus non percipit lucem nec alia vi sibilia inominata.consequens est falsum ⁊ pʒ ꝯña.qꝛ nul lus sensus percipit nisi ea que reperiuntur tanꝗ̃ media vel extrema in sua prima ꝯrietate:⁊ per consequẽs visus non perciperet nisi albũ nigrũ ⁊ medios colores.¶ Re spondetur ꝙ albedo ⁊ nigredo lʒ faciãt ꝑmã ꝯrietatem in genere coloris ꝓprie ⁊ stricte sumpti:non tamen in ge nere coloris large sumpti:qȍ est obiectũ adequatũ poten tie visiue.sed clarum ⁊ obscurum:ad que reducuntꝫ albe do ⁊ nigredo:non obscurum intelligẽdo pro tenebra pri uatiue sed positiue pro qualitate opposita claritati sicut nigredo albedini.¶ Potest tñ dici ꝙ sicut color dupli sumitur.s.cõiter ⁊ proprie.ita albedo ⁊ nigredo ⁊ ꝙ albe do ⁊ nigredo proprie sumpta non faciunt ꝑmam ꝯrietatẽ sed large sumpta in genere coloꝝ.⁊ sic lux potest vocari albedo eo modo quo dicimus solem esse album.⁊ martẽ rubeũ.¶ Ad primã rõnem dr̃ ꝙ eo modo quo sensus cõ munis percipit multas ꝯrietates:eo mõ hʒ multas dispõ nes:nam qꝛ non percipit nisi extrinsece per alios sensus illas ꝯrietates:iõ sensus exteriores sunt dispõnes sensus cõmunis mediãtibus quibus ꝑcipit oĩs sensibilia ꝓpria. verũtñ qȍ dictum est de vnitate ⁊ pluralitate dispõnum debet intelligi solum de sensibus exterioribus:qꝛ sensus interiores sunt alterius generis ⁊ nature.¶ Ad scd'aꝫ ra tionem responsum est ꝙ lʒ magis distinguantur lux ⁊ co lor ꝗ̃ ꝯrietas tangibiliũ.nõ tñ faciunt plures ꝯrietates. sed solum vnam.s.clarum ⁊ obscurũ:rõne cuius vna di spositio ẽ in organo visus. ¶ Textus cõmenti.lio.⁊.lii.

¶ Propter qȍ talis pars corporis videtur sic se habere:sicut si circulariter nobis aptus na tus esset aer. Videremur enim vno quodam sentire:⁊ sonũ:⁊ odorem:⁊ colorem:⁊ vnus quidem sensus esset auditus:visus:⁊ olfatus. Nunc autem quoniam determinatum est per quod fiunt motus. Manifesta sunt predicta sensitiua altera esse.

¶ In tactu aũt hoc quidẽ nũc imanifestũ est. T.c.iii.

¶ Secunda conclusio.caro se hʒ ad sensationẽ sicut se hʒ aer.si animali foret cõnaturalis:pʒ:qꝛ sic tunc videretꝫ ꝙ aer ille esset organũ in visu auditu ⁊ olfatu:ꝗ̃uis eẽt me dium.⁊ ex hoc videremur vno organo sentire coloreꝫ so num ⁊ odorem.iõ iam apparet ꝙ caro sit organum gust⁹ ⁊ tactus lʒ non sit ita:⁊ ꝙ mediante carne sentiamus oẽs sopores ⁊ omnia tangibilia.sed nunc:qꝛ mediũ per qȍ fit motus dictorum sensibiliũ est distinctum ⁊ separatum a nobis manifestum est:ꝙ non est organum:⁊ ita manife stum est ꝙ tria sunt organa trium sensuũ dictorũ:sed in tactu non est hoc manifestũ:qꝛ cara ẽ cõnaturalis nobis. T.c.li.(Propter qȍ talis pars corporis).s.caro(videtur sic se habere sicut si circulariter nobis aptus natus esset aer.)per naturalem cõtinuationẽ:(videremur eniꝫ vno quodam)organo.s.aere(sentire ⁊ sonum ⁊ odorem ⁊ co lorem ⁊ vnus quidem sensus esset auditus ⁊ visus ⁊ olfa tus:nunc aũt quoniam determinatũ est).i.distinctum ẽ a nobis illud(ꝓpter qȍ fiunt motus)istorum triũ sensi biliuꝫ(manifesta sunt predicta)huiusmodi(sensitiua al tera esse.In tactu aũt hoc quideꝫ nũc immanifestuꝫ est) propter vnionem carnis ad ipsum.¶ Notandũ scd'ꝫ cõ mentatorem.cõmento.lio.ꝙ fuit existimatũ eos eẽ vnuꝫ sensuꝫ.s.oẽs sensus tactus.sed demonstratio cogit ꝙ sint plures vno sensu:sentit.n.plura vno sensibili:ꝓbat Com mentator ꝙ plures sunt sensus tactus.per hoc ꝙ tactus sentit plura sensibilia:ideo caro non potest esse organuꝫ. sed solum medium.Duas propositiones ponit Cõmenta tor:que dictis repugnare videntꝫ.s.ꝙ plures sunt sensus tactus:⁊ plura sunt genera sensibilia tactus.cum dicimus sit vnicam esse potentiam tactiuam:⁊ vnicum esse genus omniũ qualitatũ primarũ.¶ Ad ꝑmũ dicitur ꝙ tactus potest considerari per cõparationem ad organũ:⁊ per cõ parationẽ ad dispositiones tactiuas.Primo modo non ẽ nisi vnus sensus tactus.sicut non est nisi vnum organuꝫ. Secundo modo sensus tactiue sunt plures sicut plures sunt dispositiones tactiue:Ita ꝙ aggregatum ex tactu ⁊ dispõne receptiua calidi ⁊ frigidi non est aggregatũ ex eodẽ tactu ⁊ dispositione receptiua humidi ⁊ sicci:sicut cõpositum per accidens ex pomo ⁊ odore non est cõposi tum ex pomo ⁊ sapore.Sicut ergo idem pomuꝫ numero subycit odori ⁊ sapori.ita eadem potentia tactiua nume ro cõiungitur in eodẽ subiecto ambabus dispositionib⁹ receptiuis qualitatũ primarũ:⁊ ꝙ hec sit intentio Auer roys pʒ:qꝛ aliter non diceret ꝙ tactus sentit plura sensi bilia genere:sed ꝙ tactus sentiunt.¶ Ad secundum re spondetur ꝙ tactus non soluꝫ percipit qualitates ꝑmas: sed etiam sapores:licet sub alia ratione.⁊ qꝛ qualitates prime ⁊ sapores sunt diuersoꝝ generum.ideo tactus per cipit plura sensibilia gene꜠.nõ ergo vult dicere Cõmen tator ꝙ contrarietatibus qualitatum primarum respon dent plura genera:sed ꝙ qualitatibus tangibilibus.i.ꝑ ceptibilib⁹ a sensu tactus respõdẽt plura genera.¶ Con tra intentionem Auerroys arguitur probando multitu dinem dispositionũ tactiuaꝝ in carne sicut in neruo:quo habito non poterit ipse negare quin cara sit organum si cut neruus:qꝛ organũ tactus ꝓpter suã materialitatẽ nõ possent spẽs tãgibiles deferre potentie nisi haberent di spositiones tactiuas receptiuas illarũ specieꝝ.Sed caro est materialior ꝗ̃ organũ tactus ergo caro a fortiori indi get dispõnib⁹ receptiuis earũdẽ specierũ.¶ Secũdo vi sus exigit diuersitatẽ dispõnũ in suo medio ergo a fortio

